




DE
FEBRIBUS
1550











COLLECTANEA DE FEBRIBVS PAMPHILO FLO-rembeno forosempronien-ſi Doctore Medi-co Autore.



Col priuilegio del Illuſtriſsi. Senato Veneto

M D L.

FRanciscus Donato Dei gratia Dux Venetiarũ, &c. Vniuersis, & singulis Nobilibus, et sapientibus uiris de suo mandato Rectoribus quaruncunq; terrarum, & locorum nostrorum, & successoribus, nec non officialibus, & ministris nostris quibuscunq; huius urbis nostræ Venetiarum, tam præsentibus, quàm futuris significamus. come con il conseglio nostro de pregadi sotto di xxvi del mese d'april prossimamente passato hauemo concesso à. D. Pamphilo Fiorembene, che alcuno altro che lui non possa senza sua permissione per anni. x. prossimi stampar, ne far stampar, ne uendere in questa nostra citta, ne in alcun luogo del dominio nostro, Ne in quelli vender, anchor che fosse stampata altroue, l'opera de febribus da lui composta, sotto pena alli contra facenti di perder l'opere, le qual siano del

detto autore, & de ducati cinquanta per ogni opera che ſi ritrouera, ſtampata, da eſſer diuiſi per terzo fra l'accuſatore, l'arſenal noſtro, & il magiſtrato, che fara l'eſecutione, accioche con tal mezo eſſo poſſa ſentire qualche frutto delle ſue laudeuoli fatiche, eſſendo pero obligato di oſſeruare tutto quello, che per le noſtre leggi, è diſpoſto in materia de ſtampe. Pero cō l'autorita del detto Senato cōmettemmo à tutti, & cadaun de uoi che la ſopraditta conceſsion noſtra debbiate oſſeruar, & da cadaun à chi ſpetta far oſſeruar inuiolabilmente. Datæ In noſtro Ducali Palatio Die Decimo Maij indictione octaua

M. D. L.

Pamphilus Florembenus Candido lectori. S. P. D.



Ollegi nuper sedulo ex uarijs cum Arabum, tum græcorum scriptoribus quicquid ad febriũ curationem magis necessarium uidebatur, non ut popularem auram, quod nonnulli faciunt, ex hisce laboribus aliquo modo captarem, sed potius ut in libello aliquo, uelut in enchiridio haberem, quæ in multis, magnisq́; libris alioqui continentur. ne plurimas horas uoluẽdis chartis semper insumerem. Nam ut parcamus tempori cum alia multa, tum medicorum principis dictũ illud ὁ βίος βραχὺς ἡ δὲ τέχνη μακρὴ quàm belle adhortatur. Atqui ut alios quoque medicinæ studiosos hoc onere leuarẽ, hoc opus diligenter imprimendum curaui: nec uanus puto hic fuerit labor, nam quicunque

hunc unum habuerit libellum Galenum, Auicennam, Paulum Aeginetam, Aetium, & alios non paucos, quo ad febres ipsas pertinet, continebit: Vale Venetijs. vi. idus. Maias. sesquimillesimo quinquagesimo.

Autor ad Zoilum.

Tristis abi procul ad syluas, & ad horrida tesqua
Zoile, ibi sterilis crescere lappa solet.
Non campi Aonidum nec amænæ phocidos undæ
Quæ tua decerpat dextera, poma ferunt.
Tu legere infelix lolium, tribulosq; suetus
Tristis abi, aut tribulis exaturatus obi.

Francisci Dauanzatij

Exitialem æstum quis nam nunc amplius hostem
Naturæ, his chartis inuigilans timeat?
Nanq; omnem in febres, nobis quam tradidit artem
Natura, hic breuiter, perspicueq; leges.
Vnde homines gaudent: sed rex est tristior orci,
Quòd non tam multos ante diem rapiet.

Nicolaus Rontana lectori.

Stringere quas nequeunt numerosa uolumina febres
Pamphilus hoc mira colligit arte libro.
Ni pigeat lector paruo indulgere labori
Vitam differri qua queat arte scies.

ἄδηλον

Quicquid habet latium in sæuas & Arabia febres
Ecce hic lector habes Græcia quicquid habet.

VNIVERSALIS MEDENDI RATIO.



Ntequam febrium curationem aggrediar, operæpreciũ me facturum arbitror, si rationem quampiã medendi (quam methodum appellant) apponam. in unaquaq;.n. scientia tumediscenda, tum docenda, ab uniuersalibus ad particularia tendere debemus, nam ut docet Aristoteles.i. physicorũ: hæc insita natura nobis est uia, ut, e notioribus nobis, magisq; manifestis, ad notiora naturæ, magisq; manifesta pficiscamur. idcirco (ut idem inquit) ex uniuersalibus ad singularia proficiscamur oportet. ipsum nanq; totum sensu notius est, uniuersale uero, totum quoddã est. ut rem ipsam igitur aggrediar, uniuersalis medendi uia ac ratio, ex principio aliquo ad singula peragenda ordine perducit, docendo quid primum quid secundũ, quid tertiũ, & reliqua deinceps, & quid cum quo, & quid sine quo curationem efflagitet, & qua ratione ea perfici poßit. primum.n. curari debet id q̃ magis urget, aut sine quo aliud curari non potest. magis urget quod maius periculum si negligatur allaturum est, periculum autem adfert affectus magnitudo, siue is morbus, siue causa, siue symptoma sit: affectus magnitudinem sua substantia prodit, atq;, a naturali statu recessus præte-

rea et partis affectæ conditio, nonnulli .n. affectus toto genere mali sũt, ut syncope, animi deliquia, atque id genus alia, quæ uires affatim demoliuntur. nõnulli uero ex se quidẽ perniciosi non sunt, sed si increuerint multumq; a naturali statu recesserint, periculo non uacant, cuiusmodi sunt quædã febres, quæ errore uel medici, uel ægroti ad tantũ excessum deueniunt, ut hominẽ iugulent. ad eundem modũ partes aliæ alijs maius periculũ minãtur, ubi affectũ alioqui mitẽ conceperint, principia.n.uirtutũ ut stomachus, & aliæ corpori necessariæ partes, affici uel mediocriter non possunt, sine magna totius corporis iactura. Ab his igitur curationem auspicari oportet. Aliud sine alio curari non potest, ut effectus sine causa. putris febris exempli gratia curari non põt, nisi abacta eius causa, nempe humorũ putredine, nec putredo nisi deleta obstructione. igitur ubi nihil aliud urget in id genus affectibus curationis ordo a causis petendus est. quemadmodũ ubi cõplicati sint affectus ab eo auspicari curationẽ oportet, sine quo reliqui curationẽ non admittunt. proponatur gratia melioris intelligentiæ, ulcus cauũ in crure præter naturã calido, quoniã autẽ per hanc hypothesim affectus multiplex est, nempe ulcus, cauitas, et intemperies partis calida, uidendum est ex quo principio ad singulorũ curationẽ procedendũ sit, & cui primo cõsulendum, cui secundo, & tertio, quod nos methodus ad hunc modũ docebit. Vlcus quia solutio continuitatis est in carne, uniri

postulat. cauitas carne repleri, crus præter naturã calidũ refrigerari, per primũ illud principiũ contrariorũ contraria sunt remedia, & quoniã ulcus probe uniri non põt, nisi cõmißis eius labris cæterũ cõmitti non possunt, nisi ei quæ perijt, caro uicaria regignatur, quod cum naturæ sit opus, ea nisi integra in columisq; sit hoc munns rite obire non poterit, ex hypotesi autẽ crus præter naturam incaluit, proinde eius natura imbecilla est, & ad procreandũ carnẽ inepta, quare nisi reductũ sit ad suã naturalẽ constitutionẽ, similẽ deperditæ carnẽ generare non poterit primũ igitur crus ad naturã reuocabimus, deinde ulcus carne implebimus, postremo solutã uniemus cõtinuitatẽ. Vniuersalẽ hanc curãdi rationẽ Galenus ad Glauc. i. constare ait, ex remediorũ qualitate, quantitate, utendi modo, adhibendi opportunitate: remediorũ qualitas ab actione quã edit, a parte cui precipue dicatur, & ab affectu cui medetur sibi nomen adoptat, actionẽ ædunt, primæ qualitates, nẽpe caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas, ex hisq; natæ, ut quæ emolliunt, indurant, laxant, tẽdunt, quæq; substantiæ concremẽtũ cõsequuntur. cuiusmodi sunt que tenuant, incidunt, & in crassant, et meatus infarciunt, emplasticas uocant, quẽadmodũ & quæ ex ambabus ijs nascuntur, ut astringens, densans, repellens, aperiens, digerens, detergens, & aliæ id genus, de quibus fusißime galenus in libris de simpliciũ medicamentorũ facultatibus disputauit, a totius substantiæ similitudine uis purgatoria

manat, quæ humores, e, corpore trahit, alia alios. sortiuntur etiã appellationem huiusmodi qualitates ab affectu & affecta parte. ut bechica idest tussicularia q̃ tussi, stomachica, hepatica, q̃ stomacho, & hepati cõueniũt. qualitates primas adhibendas esse ostendunt affectus quidẽ cõtrariã, ut calidus frigidam, frigidus calidã, & alij pari modo. tẽperatura uero similẽ, calida quidẽ calidã, frigida frigidã, humida humidã & sicca siccam. ad eundẽ modum aliæ qualitates, tũ quæ ex primis nascuntur, tũ quæ ex substantiæ crassamẽto, tũ ex utrisq; ortum habẽt contrarijs affectibus, & similibus tẽperaturis adhibentur, ut emollitæ præter naturã substãtiæ q̃ indurant, raræ quæ dẽsant, & reliqui pari modo, sola uitiosa humoris cõditio purgatoriã uim præscribit, ut bilis quæ bilẽ trahat, pituita quæ pituitã, quẽadmodũ quæ a loco, & eius affectu nomen accepit, tum loci ipsius, tum morbi natura, quã adhiberi oporteat, ostẽdit. uenter. n. stomachus, & iecur, medicamenta ef flagitant, quæ robur seruare possint, cuiusmodi est absynthiũ, quod autẽ tum morbus, tum affecta pars peculiare quoddam remedium desiderent, id fit uel occasione supra dictarum qualitatum, uel quod nõ ante medicamenti uis, suo fungitur munere quàm, a natura excitata sit, nam quæ partium crassitie pollent, uiscosaq; sunt, motu pigra existunt: ideo primis partibus hærent, in quibus natiuum experta calorem, uim suam exerunt. tenuia uero celeriter in longinquas partes perueniunt, antequam in actum

ut dicitur, reducantur. ubi uim suã exercent, ut cantharides in uesica, hinc fit ut alia iecori, alia lieni, alia alijs partibus conferant. sic nonnullarum partium ut iecoris & uentris robur seruare debet, scilicet uniuerso corpori necessariũ. ideo leniter astringentia, hoc est quæ naturæ partis robur tueantur desiderãt, cuiusmodi est absynthium. pari modo nõnulli morbi peculiaribus remedijs iuuari credũtur, ut comitiales pæonia, non aũt occulta ac delitescente ui, sed quatenus humores hũc morbum efficiẽtes, extenuat, ac digerit. quantitas non solum molem et mensurã, uerum etiã facultatis ordinẽ, ac gradum, & numerũ adhibendorũ medicamentorũ continet. hæc omnia definiunt magnitudo affectus, propria corporis natura, partis cõditio. affectus nomine intelliguntur, morbus, eius causa, & symptomata. magnitudo sub se contumaciã affectus continet, etiam si alioqui exiguus sit. igitur affectus magnus non solum medicamenti copiã, sed & uehementiã postulat. exiguus minorẽ modũ & uim remissiorem, atq; ut semel dicã, æquali medicamentorũ excessu, contrarius naturæ abscessus abigendus est. nã queadmodum medicamenti facultas, tum mole minor, tum uiribus ignauior, ad mediocritatẽ quod excessit non reducit, sic maior uehementiorq; oppositũ excessum inuehit, tantũ quidẽ, quantũ ipsa naturæ excessum superabat. neq;. n. alia ratione calidum, & frigidum medicamentum dicimus, quã quod calfacit, & refrigerat. sic & mediocriter calidum quod mo

dice calfacit. & in primo, secundo, tertio, quartoue excessu calidum, & frigidum quod hoc, aut illo excessu corpus calfacit, ac refrigerat. ubi igitur uehementer immutandum est, uehementer immutantibus est opus, ubi modice, ijs quæ modice immutent uel in secundo, tertio, quartoue ordine, medicamēta quæ similiter afficiant, adhibenda sunt: pari modo in alijs qualitatibus factitandū est, ut aperientibus & detergentibus. sic par pondus, & mensura, in pari morbi magnitudine adhiberi debet. itaq; remedij quantitas, q̃ maxime fieri potest, affectus magnitudini respondeat. pertinacia affectus medicamēti quantitatē uariat. si quidē is facile solui poßit, parcius, ac rarius offerendum esse cōmostrat, sin ægre ac pertinaciter, liberalius, ac frequentius. quēadmodū, & uires si ualidæ sunt, largius & frequentius admittunt, sin imbecillæ partius. corporū propriæ priuatæq; naturæ, ut uariæ, ac differentes sunt, ita uariū medicamenti modū postulant. sunt. n. quibus id in alimentū uertitur, si deuoretur, ÿq; liberalius ac uehementius sumunt. alij contra, a quouis facile læduntur, sic ut interdum sob eius olfactu, ad uomitū prouocentur, atq; ijs parcius, ac blandius, adhibendū est. conditio partis sentiendi prestantiā, ac hebetudinē, crassamentum, officiū, formationē, situ, ac societatē cum alijs partibus complectitur, acutus .n. sensus uehemens ac copiosum medicamentū respuit, quod obtusus, hebesq; admittit. quemadmodū rara, mollis, & laxa materia mitius, densa, dura, ac

cōpacta ualentius recipit. sic partes principes, & quæ uniuerso corpori, officiū suum præstant, quales sunt uentriculus, iecur, cor, & cerebrū, blandius & parcius. contra obscuræ, ignobiles, & quæ munus publicū non habent, acrius, & liberalius ferunt, ut postea fusius docebitur: formatio quoq; partis eandem habet rationem, si quidem partes quæ tam intra se q̄ extra uias habent faciles ac patentes, mitius ac parcius, quæ uero meatibus carent, aut angustas uias habent, uberius & acrius efflagitant, situs & societas partium medicamenti & uim, & molem uariant, nam quæ in superficie constitutæ sunt, & quæ societatem cum uentriculo, & intestinis habent, paucum ac mite, quæ uero longe, a uijs purgatorijs distant, largū ac uehemens exigunt. Vtendi medicamenti modū ac rationē ostendunt, humoris natura, uia p quā humor ipse educitur, locus cui remediū adhibetur, & medicamenti uehementia, morbiq; conditio, nā si humor uacuādus in nobilem partē uergat, hunc retrahere, uel deriuare expedit in locum conuenientē, qualia sunt intestina, uesica, uterus, cutis uniuersa, palatū, nares, & p conuenientē uiā, hoc est rectū tramitē, ac p directū ad locū affectū sin in ignobilem, & per cōmodā uiā, sinenda natura est, modo parsit humori uacuando, sin minus iuuanda, quod si resideat humor in aliqua corporis parte, isq; quantitate magis, quàm qualitate delinquat, educi sanguinis missione debet. sin qualitate, & ad excretionē paratus sit, p=

tinus educere p idonea, ut dictũ est, loca oportet: q̃ si crassus ac lentus sit, prius extenuari, incidiq́; postulat, postea euacuari idoneis medicamentis. sin farcta uia est detergi, astricta laxari debet, postea humor uacuari, at si neq; astricta, neq; obstructa sit, aut alio quouis modo ĩpedita, quominus p eã humor fluat, si q̃ de humore modo dicebamus cõsẽtiãt, ptinus hũc uacuare oportet: cæterũ si affectus magnitudo uehementissimũ remedium efflagitat, non cõtinuo id adhibendum est. sed remissius primũ, deinde paulatim inauctis eius uiribus tãtisper dũ morbi magnitudinẽ æquet, offerendũ. non. n. subitas uehementesq; mutationes, natura sustinet, presertim iã morbo imbecillior reddita. ad eundem modũ ubi corpus larga euacuatione eget, sed per imbecillitatem, aut aliã occasionem hanc semel ferre non potest, ea in multas est partienda, ut in cachochymia. locus uero cui adhibetur remedium medicamẽti formã potius, quàm ministrandi modum docet, siquidem alia ano, alia utero, alia oculis medicamenti forma adhibenda est. Remediorum autẽ oportuna tempora, in genere q dẽ ex præsentia eorum, quæ remedia efflagitant, & eius absentia, quod potest exhibitionem impedire desumuntur, ut autor est Galenus. remedia efflagitant morbus, eius causæ, & symptomata, nullo. n. tempore hæc auxilijs non egent. nam quicquid in corpore præter naturam est, quocunq; morbi tẽpore, siue principio statim, siue incremẽto, siue statu siue declinatione, sui ablationem indicat. at non om

nia omni morbi tempore oportuna ſunt auxilia, ſed alia in principio, alia in cremento, alia ſtatu, alia declinatione conferunt. uacuatio. n. & ſi hanc febris uerbi gratia ex humorum putredine perpetuo efflagitet, non tamen omni tempore commode adhiberi poteſt. ſed tantum cum uirium robur id permittit, hoc eſt ut dicebamus abſentia eius quod prohibere adhibitionem poteſt: hoc autem eſt uiriũ imbecillitas. itaq;, a tempore morbi uires, a uiribus occaſio adhibendi remedij petitur, his ſi adiunctus ſit motus, uel humoris, uel naturæ, uel utriuſq; maxime remedia offerre licebit. oſtenſum aũt eſt omnẽ præter naturam affectum, ſemper ſui ablationem efflagitare, præſẽſq; uiriũ robur. i. uiriũ ĩbecillitatis abſẽtiã remedium admittere. ualent autem uires magna ex parte, & per initia horum morborum, & declinationes. igitur per ea tempora licet remedia adhibere. per initia quidem ſanguinis mißionem, aut purgationem, ſi materia turget, aut ad excretionẽ alioqui parata ſit. in declinatione uero maxime purgare licet, cum tunc & humor concoctus, excernique idoneus ſit, & natura morbo ſuperior ad expulſionem moueatur. eodem modo per acceßionum particularium principia prouocare uomitum licet, in declinatione uero inferiorem uentrem mouere, aut ſudores elicere naturæ motum imitantes. particulatim uero remediorum tempora, tum ex ante commemoratis tũ ex alijs, quæ omnino ſcribi non poſſunt, petuntur. cum. n. non omnes morbi

æqualia habeant tempora, nec eadem symptomata remedium aut impedientia, aut accelerantia, atque ægrotorum diuersæ sint particulares naturæ propemodumq; infinitæ, aliaque id genus inueniantur, quæ adhibendi remedij occasionem uariant, quod temporis remedium omnibus idoneũ præscribi poterit? non est igitur facile singulis sua tempora inuenire, itaq; medicos uel doctissimos, circa hanc occasionem subinde allucinari cõtingit. quod uero nec promptũ sit idoneã medicamenti quantitatẽ, prouiriũ ratione adhibere uel ex eo constat, quod exacte corporis uires, ac medicamentorũ facultates metiri non possumus, sed coniectura tantum, quam non oẽs probe assequi ualent. Hæc aũt ex Galeno, & Martino Catalaunẽsi uiro plane doctissimo quo ad curandi rationẽ in uniuersum spectat retulisse sufficiat. sed cõpendiũ curationis morborum ex ipso Hippocrate sic habemus .vi. epidemion, part.iij.aphor. xvij. summa curationis ex naturæ ægrotantis a prima generatione notitia, causæ ob quã ægrotat, multis ægri sermonibus, exq; his, quæ partim cognita sunt, contrahenda est, ac ꝑdiscendũ nũ similia, aut dissimilia inuicẽ sint, ut ex dissimilitudine, una aliqua similitudo fiat. hæc utiq; ratio recte se habentiũ est exploratio, minusq; recte se habentium deprehẽsio. hæc ille. omnia igitur hæc quæ declarata sunt a nobis, expendenda sunt ei qui febricitantes curare aggreditur. nec fieri potest ut quis bonum se medicum præstet his nequaquã obseruatis. Hæc præfari

libuit candido lectori, antequam febrium curationem ascriberem.

Quid sit febris, & quot differentiæ.

Autor libri medicinarum definitionum febrẽ ipsam hoc pacto definiri affirmat, febris est innati caloris cõuersio ad cõstitutionem præter naturã, pulsibus quoq; uehementioribus, ac crebrioribus redditis: uel febris est cordis arteriarumq; caliditas præter naturã uitalem firmitatem lædẽs, uel febris est exuberantia caliditatis morbosæ sesæ offerentes cum pulsuum mutatione, ad frequẽtius uehementiusq;, uel febris est naturalis spiritus intemperies ad calidius, ac siccius uergens. quæ quidẽ oẽs definitiões imperfectæ uidẽtur, unde facile est conijcere non esse Galeni librũ illũ. ipse. n. primo apho. com. aphor. xvi. febrem ipsam sic definit, febris est conuersio natiuæ caliditatis ad igneam. eãdemq; diffinitionẽ affert com. i. de ratione uict. in morb. ac. par. xviij. inquit enim febris uero ortus caloris natiui ad igneum est conuersio. Quid sit febris & quot differentiæ.

Auicennas qui se Galeni uocat interpretem febrem hoc pacto definiẽdã putauit, febris est calor extraneus, accensus in corde, & procedens ab eo, mediãtibus spiritu & sanguine, per arterias & uenas, in totum corpus, & inflammatur in eo inflãmatione quæ nocet operationibus naturalibus. quæ quidem definitio Galeni placitis omnino repugnat. nam genus (quælibet. n. definitio ex genere cõstat ac diffe=

rentia) in definitione febris apud Galenum est calor naturalis, apud Auicennam uero calor extraneus. sed Auicennas hanc definitionem a græcis nõ excripsit, sibiq; ex suo confinxit capite, nec rationi neq; antiquorum autoritati consonam. sed ut ipsam ueritatem quam primum elucidemus, si febris calor esset extraneus, iam naturalis ab eo deuictus esset, quomodo.n. potuisset corpus illud occupare nisi prius deuicto naturali calore? quod si cõcedatur iam clarum erit unumquodq; corpus qualibet febre corrumpi necessario, unde nemo posset, a febre aliqua euadere, frustraq; medicamenta exhiberentur, a medico, nec ullo remedio febre correpti seruari possent, hæc autem quæ dico ratione & autoritate nituntur. quis.n. ignorat ab aliena caliditate oriri putredinem? quare si uniuersum corpus una cum corde ab extraneo calore occupatur, iam uniuersum putrescet, nec poterit ullo modo seruari docuit hoc Galenus. 2. de diff. feb. cap. 9. cuius hæc sunt uerba, Nam recte sentire uidetur Aristoteles ab aliena caliditate oriri putredinẽ, uocat autem alienã, externam non familiarem, atq; natiuam in quocunque genere rerũ, nã hæc coquere apta est, externa autem corrumpere quod est putrescere. id uero quod citat Galenus ex Aristotele habetur. 4. libro metheorologicorum. cap. 1. ubi de putrefactione loquens philosophus inquit, est autẽ putrefactio proprij naturalisq; caloris, ab extraria caliditate corruptio, hæc autem est, quæ in eo qui circunfunditur ac

continet existit, quare cum caloris defectu patiatur frigidum omne, quatenus eiusmodi potentiam desiderat, ambo utique putrefactionis causæ erunt. & putrefactio frigiditatis propriæ, & caliditatis peregrinæ cõmunis affectio. hæc ille. dicet autẽ quispiam calorem febrilem, etsi extraneus sit, non tamen ad tantum gradum deuenisse, ut natiuum corrumpat. sed facilis est responsio. quem. n. gradum maiorẽ isti exposcunt eo qui ardẽte in febre (καυσον græci uocant) reperitur? nec tamen corpus in hac febre corrumpitur. uana est igitur Auicennæ definitio & ab omni prorsus ratione aliena (quicquid Gẽtiles, Herculani, Sauonarolæ & huiusmodi medicorum catheruæ degladientur) ipsi. n. putãt in febre addi gradum quendam caloris extranei, calori naturali, nos autem caloris naturalis immutari naturã, nõ tantũ intendi gradum, putamus. nã cum calor iste ignis nõ sit, nec talis facultas aliqua, sed spiritus, qui in semine, spumosoq; corpore continetur, & natura quæ in eo semine est proportione respondeat elemento stellarum, in febre ad naturã ignis conuersus uidetur. quod uero calor ipse naturalis ignis non sit. nec ab igne originem ducat, satis est Aristotelis testimonio clarum, qui secundo de generatione animalium scribit hec uerba. inest. n. in semine omniũ, quod facit ut sint fæcunda semina. uidelicet quod calor uocatur. idque non ignis, non talis facultas aliqua est, sed spiritus, qui in semine spumosoq; corpore continetur. & naturæ, quæ in eo spiritu est pro-

portione reſpondens elemento ſtellarum. quãobrem ignis nullum animal generat, neque conſtitui quicquã denſis, uel humidis, uel ſiccis uidetur, at uero ſolis calor, & animalium non modo qui in ſemine cõtinetur, uerũ etiã ſi quid excrementi ſit, quanquam diuerſum a natura, tamen id quoque principiũ habet uitale. cæterum calorem in animalibus contentũ, nec ignem eſſe, nec ab igne originem ducere apertũ iam ex his eſt. Hæc Ariſtoteles. diximus quæ uera ſit febris definitio, nunc ad febrium differentias accedamus. Hippocrates igitur febrium differentias hoc pacto recenſet. Epidemion. 6. aph. xviij. febriũ hæ quidẽ manu ſunt mordaces, illæ uero mites, quædam non mordaces ſunt, increſcentes tamen. Aliæ acutæ quidem, at ab ipſa manu deuictæ, nonnullæ cõfeſtim ex ardentes, quædam ſemper debiles, atque ſiccæ, aliæ ſalſæ, nonnullæ inflatæ, aſpectu terribiles, aliquæ ad manum humidæ, aliæ admodum rubicundæ, quædam præpallidæ, aliæ liuidæ, & alia huiuſmodi. Galenus uero hunc ipſum Hipprocratis locum enarrans hunc in modum de febriũ. differentijs diſſerit. febrium eſſentia, non modo ex Hippocratis, ac præſtantiſsimorum philoſophorum ſententia, uerum & ex communi omnium hominum conſenſu, eſt calor præter naturam, qui potiſsimum in uniuerſnm diffuſus eſt animal, ſin minus uel omnino in plures, uel in maxime principes partes, nam ſæpe cutis, uel etiam uniuerſa nullũ uidetur præter naturam habere conſpicuũ calorem, neque nobis ex-

terius tangentibus, neque etiam ipsismet laboranti=bus: quem tamen interne, & in profundo ipsi ægrotantes sentiunt, aiunt etenim uiscera sibi ardere, sunt præterea nonnulli fastidiosi, siticulosi, insomnesq;. itaq; in præsentiarum eas febrium differentias Hippocrates describit, quæcunq;, a medicis dignoscuntur, non ex his quæ ægroti inspiciunt, sed ex illis quæ medici tactu atq; uisu euidenter percipiunt. Primæ itaq; præcipuæ, ac ex propria febriũ (ut dixi) substãtia differẽtiæ eæ sũt, q̃ ex calore accipiũtur, nã neq; in arteriarũ motu febres suam habẽt essentiam, id. n. iam didicisti quonã modo Erasistratus & chrysippus aberrarint. Porro febrilis calor febricitantium corpora tangentibus, aut acris mordaxque uidetur, aut mediocriter molestus, neq;. n. suaue id, atq; familiare, quod naturali calori inest, ille unquã habuerit. ut igitur multa præterea alia, quæ inter se pro maioris, minorisue ratione differunt, illorum uocabulis, quæ illis proxima sunt interpretamur, fauorabilius magis quam uerius, ita etiam calorem qui parũ molestus sit cum illo qui plurimũ affert molestiæ conferentes, nihil prorsus molesti cõtinere dicimus, interdum ergo calor uidetur plurimus, acerrimusq́;, sæpe uero ut ille quidẽ multus sit, non tamen accerrimus est, sicuti nonnunquã accerrimus quidem, uerum non multus est. At horum omnium quæ retuli, unumquodq; interdũ post breue aliquod tempus ita apparet, non autem statim, a prima manus impositione, sicuti ea quoq; quæ tibi cum

primũ manũ adhibuisti sic uisa sunt, postea tũ magni tudine, tum acredine ĩminui uidebuntur, si dubius manum ægroto applicitam detinueris: quin & squa lens calor, & per quàm siccus nonnunquam iux= ta ac si calfactum lapidem tangeremus, senti= tur, sæpe uero roridum, humidum, ac halituosum se representat, ita ut conspicue ex morboso corpore uapor copiosus efferri, percipiatur. sed ex his ipsis pariter, ac ex illis quæ prænarrauimus, sũt q̃dã, quæ ut statim a principio iudicata sunt, ita etiam perma nent, alia uero aut adauctam, aut ĩminutam eã, quã inter initia representabant differentiam, afferunt: sunt & nonnulla præterea, quæ aliam quandam re= ferunt, ab ea quæ ab initio erat prorsus mutatam, ac a primis illis omnino differentem, & corruptã. Differentiæ sane quæ ex ipsa febrium essentia sunt desumptæ tales sunt. De cæteris uero paulo post dis= quiremus. prius etenim operæprecium fecerimus, si hæc quæ exposuimus uerbis hippocratis aptaueri mus. iam igitur ubi ait febrium aliæ ad manum mor daces sunt, aliæ mites, insinuat tibi de his febribus sermonem habere, quæ usq; quaq; aut mordaces, aut mites apparent. cæterum dum subiungit aliæ morda ces quidem minime, mox uero assurgentes, constat eas febres interpretari, quæ in initio quidem haud mordaces uidẽtur, sed si diu manũ applicueris acre dinis tandem sensum mouent, illæ uero de quibus ait, aliæ ut acutæ sunt a manu tamẽ uincũtur, contra ac istæ se habent, quippe quæ ab initio acutæ apparent,

breui

breui tamen dissoluuntur, id uero quod acutæ ait, de calore statim manui tangentis se offerente, & sui uelocem motum ostẽdente te intelligere oportet, quomodo aliquos acutos, ac acres appellamus, quod perinde est ac si celeres diceremus, acutos etiã morbos dicimus qui sua ad finem usq; tempora cito pertrãseunt. & Paulo post. Absolutis itaq; differentijs febrium quæ propriæ ac primæ sunt, mox ad eas transiens Hippocrates, quæ ex colore accipiuntur, ait; aliæ perrubræ, aliæ perpallidæ, aliæ liuidæ, ubi perrubras eas non aũt simpliciter rubras, simili etiam modo ꝑpallidas, non simpliciter pallidas, absolute tamen liuidas dixit, nullo his adiecto qui intentionem insinuaret, quemadmodũ si liuidißimas eas dixisset, is siquidẽ color prauus semper est. ruber uero ac pallidus consueti colores sunt, at perrubræ hoc est quæ ualde rubræ sunt febres calorem quidẽ uehementißimũ ostendunt, materiam uero sanguinẽ esse, ita quæ perpallidæ sunt, bilem pallidam, tu uero in his deiectiones considera, quas si citra bilem uideris ex bilis effusione iudicare poteris colorẽ fuisse mutatum, ut si cum bile, in febrium differentijs hunc colorem ponito. Hæ itaque febres tabem afferunt, nisi præueniens horror, ac sudor, eas iudicauerint. perrubræ uero inter synochas ponẽdæ sũt, quibus remedio est sanguis ad animi usq; defectum missus, ut in curãdi methodo docuimus, ubi magna etiam apparet cognitionis istarum febrium differẽtiarũ utilitas, cũ unaquæq; propriã habeat, qua cu-

retur ratione͂. liuidæ uero febres quæ & ipsæ a co-
lore cognomen id habuere, defectum iudicant san-
guinei humoris, unaq; innati etiã caloris. quapro-
pter & perniciosæ sunt, & ex eis nonnullæ animi
defectus uacuationes sequentes afferunt. & paulo
post. Postremas uero eas prodidit, quæ ex colore nõ
autem ex ipsa febrium essentia sunt acceptæ. quæ ta
men ad has propius accedũt, q̃ quæ ex alio quopiam
symptomate sumuntur, que͂admodũ & quũ dicimus
febres esse uel intermittentes, uel continuas, & in-
termittentium aliam tertianam, aliam quotidia-
nam, aliam quartanam. Continuarum uero aliam
semitertianam, aliam ardentem, aliam gelidam,
aliam accensam, aliã pestilentem, aliam oleagi-
neam, aliam hæpialam, praxagoras autem inter
acutarũ febrium differentias phreneticas, lethar-
gicasq; connumerat, & præterea quasdam ictericas
nominat. Iuniores quoque synochum febrem quan-
dam non solum continuam uocant, cuius differen-
tias esse ponunt, homotonam, uel acmasticam
appellatam, atque & epacmasticam, & parac-
masticam. secundum alteram præterea partitio-
nem, quæ & alijs morbis communis est, alias
dicimus acutas esse, alias diuturnas. secundum
aliam quoque, febres benignas, aut malignas quin
& alias ordinatas, alias absq; ordine, alias item per
circuitus inuadentes, alias erraticas. Hæc Galenus.
Est & alia huiusmodi febrium differentia, nam si
calor præter naturã inspiritibus primo accendatur

ephemera, si in humoribus putrida, si in mēbris hectica nuncupatur. Hæc de febrium differentijs dixisse sit satis. nunc earum curationem pertractaturi ab Ephemeris, ut pote quæ simplicißime sunt, incipiemus.

De Diarijs Febribus.

Diaria febris duplex est, altera quæ simpliciter & citra adiectionem sic nominatur, quæ ultra diei naturalis spatium hoc est. 24. horas non protrahitur, altera uero quæ cum adiectione diaria plurium dierum nuncupatur, Galenus aliquando synochum non putridam appellat, Hæc in tertium usque diem extenditur, de qua Galenus. 9. ther. Me. ita propemodū scribit. At quæ ex obstructione creātur febres si hæc pusilla sit, soluuntur ipsæ quoq; similiter, ut aliæ diariæ, si quis eas legitime curet. sin ualenter impacti humores sint, ut ualentius aliquid, quod eos eximat, desiderent, eas febres porrigi ultra unum diem necesse est, ac diariarum febrium genus uideri egressas. quomodo enim dici ultra diaria febris potest, quæ in tertium usque diem extenditur, quando ex ipsa nominis ratione, in secundo eam desistere par erat? dictum enim supra est. 24. horas esse sic appellatas diei spatium utique ut cum nomine diei nox quoque unà comprehendantur , Atque si neque humor putrescens subsit, nec corpus ipsum febrilem calorem, ut habitum susceperit, a duobus generibus

diuersum sit (nempe a putrida & hectica) Aut ergo aliud præter tria iam dicta, genus esse in prima febrium diuisione dicendũ est, aut appellatione pro nihilo habita, diarias ipsas nominare oportebit. Neq;.n. profecto de substantia ipsa talium febrium est diariæ uocabulum, uerum cõuenienti nomine destituti, clarioris simul breuiorisq; doctrinæ gratia, ab eo quod sæpius eis accidit, nomen indidimus. Fiunt autem hæ febres (.i. ad Glauc.) propter lassitudinem, ebrietates, atque iras, furores, mærores, atque alias uehementes animi curas, & quæ ex inguinum inflammationibus ortum habent, ex hoc genere sunt, præterquam si absque ulcere fiant manifesto. tunc enim suspitionem afferunt, & nullo modo mites sunt. uigiliæ uero plerunque simplicem febrem induxerunt, sicut frigefactio, & exustio quandoq;. fiunt quoque diariæ ex inedia, & ex cibi, potusq; uaria satietate nutrimentorum facta corruptela, & parum idonea alimẽti ĩ corpus, deductione. ex Alexãdro tralliano. Atq; hæ omnes febres soluuntur facillime, curaq; in promptu est, at earum cognitio maiorem exigit diligentiam, de qua nemo ante nos quantum oportuerit scriptum reliquit, quare minus mirandum com plures tantum in medicinæ operibus aberrare, quãtum etiam cognitione falluntur, sæpius .n. quidam casu aliquo in graues morbos incidunt, ueluti uino pleni, aut sole exusti, aut frigore enecti, aut lassitudine oppreßi, aut uigilias paßi, aut ira parciti, aut

Causæ.

quauis alia cā quæ per se nocere sit apta, correpti. Deinde totum in causa antecedente cōsistere neque aliam subesse dispositionem arbitrati, circa uictum negligentius se habēt, adeo ut se ipsos lateat in insanabiles, aut ægre curationem admittentes morbos prolabi. Hæc igitur præcipue sunt animaduertenda quemadmodum Hippocrates admonet, non solum futura præcognoscere, sed præterita etiam atque præsentia. nam & quod nunc proponitur, ad eam artis attinet partem, quod pro uiribus manifeste tra demus, neq;.n. parua est differētia si laueris iā ægrotantem, & securum esse iusseris, aut eum per omnē custodiam securitatemq; traduxeris. Quum igitur ad ægrū accesseris, primum a maximis, quæ circa ip sum sunt consideratio incipienda, deinde & ab alijs, adeo ut nec minimum aliquod omittamus. Nam ut magis, aut minus ei, quæ fit ex maximis, indicationi credamus, ex aliorum fit adiunctione. Maxima quidem in omnibus febricitantibus signa, in pulsibus atque urinis consistunt. his uero addere oportet, & quæcunq; alia, circa faciem Hippocrates, scribit, accubitum quoq; & respirationem, itē ea quæ ab ore excernuntur, atq; alui sedimina, & si quid aliud accidere circa aliquam corporis partem, aut operationem consistere uideas (qualia ille mille in millibus scripsit) neq; ex his ullum aliquod negligenter prætereas. Postquam igitur ex pulsibus, atq; urinis febris naturam perceperis, quum pulsus nullum inflammationis signū habuerit, neq; omnino inæqua=

litas, in una arteriæ compulsione apparuerit, aut si hoc affuerit omnino sit imbecille. Vrinæ uero aut omnino similes his quæ secundum naturã se habent, aut non multum a naturali statu recesserunt, tũc & ad omnia illa, quæ antea a nobis sunt dicta accedere oportet, & cum ueluti chorus quidam omnia cõcinne loquuntur, tunc etiam sidere oportet, ac si libeat interrogare, nunquid aliqua manifesta antecesserit causa. si quid. n. huiusmodi æger fateatur, expectata prima febris solutione, statim oportet lauare, quũ tunc certior tibi sit facta cognitio, ex ipso solutionis modo. Nam arteriarum motus, in hoc totum aßimilatur huic, qui in sanis deprehẽditur, quum in nulla alia febre ad naturalem habitum reuertatur, neq; si multum temporis inter primæ acceßionis finem, & secundæ principium intercidat, quemadmodum in tertianis, atq; quartanis, in illis. n. febris remanet signum. in ephemeris autem in totum abolcetur acceßione cessante. plurimis uero earum & humidi quidam uapores & quibusdam etiam sudores utiles apparent. aut omnino quædam, ceu uaporis copia ex intimo corporis exit, uerum urinæ quoque multo nunc meliores, quã circa febris principia tibi uidebuntur. Et si capitis, aut alterius partis dolor simul inuaserit, neq; hic amplius pſistet. Aegrotantis quoque in tolerando facilitas, magnum & ipsa signum, tãquã sigillũ quoddã, super omnia alia signa, febris suauitatem tibi indicabit. Et si dum lauantur neq; horror aliquis insolitus molestauerit, neq; alia

tristitia affuerit. & si post balneum deinceps bene se habere perseueret, tunc ne uerearis cibum offerre. uinū quoque sine formidine ad potandum exhibe, adhibito tamen pro tempore modo. si uero remanentibus adhuc animi affectibus consideratio habeatur, tūc ex pulsibus maxime tētanda cognitio, quēadmodum in libris de pulsibus scripsimus post hos uero & ab alijs cognitio petenda est. quod si illa iam quidem cessauerint, remanet autem dispositio, paruum quidem ex pulsibus habebis indicium eorū, quæ febrem attullerunt paßionum, sufficient autem tibi & sine pulsibus reliqua. Communiter quidem omnibus urinæ rufæ, Adiungitur uero his qui pp tristitiam febricitant acritudo potiusquàm abundantia caloris, quemadmodum e diuerso his qui pp furorē. sed & extenuatio corporis, conspectior existit in his quos tristitia, quā in his quos cura uexauit. oculorum præterea cauitas ac quædam inconsueta decoloratio. Hæc quidem sunt & his qui quouis modo aliter cogitarunt, communia. maxime autē ex oculis distinguere oportet. nam ex his etiam in sanis animæ mores possumus coniectare. at in ægrotis siquis diligenter inspicere queat, sunt indicia certiora. sic quidem eos qui pp disciplinas aut contemplationē aliquam diu cogitarunt, ab his quos tristitia corripuit discernere oportet. At qui uigilarint distinguere oportet ex forma palloris, nā in ipsis facies subtumens, & oculorum motus manifestus, uix enim palpebras attollunt. Inest etiam palpebris humidi-

tas. Nam qui tristātur, aut cogitationibus continentur, his exiccantur. Cauitas est cōmune accidens omnibus, mærori, uigilijs, cogitationibus, nō tamen furori: in hoc. n. neq; oculorum cauitas, neq; pallor manifestus. & plus caloris atq; celerius ex imo prorumpit. neq; pulsuum magnitudo destruitur, quemadmodū in uigilijs, tristitia, & cogitatiōibus. quare hæc a furore apertissime distinguuntur, ab inuicem uero quemadmodum diximus antea. Eorum etiam qui ex lassitudine in febrē inciderunt oculus est siccior quam in alia aliqua ephemera. Sed hoc quidem omnibus ex lassidudine febricitantibus cōmune existit in tempore accessionis, donec consistit. post hoc uero, pluribus (modo non sint supra modum labore uexati) quædam humiditates, aut calidus uapor ex intimo corpore effertur, quibusdā uero etiam post febris consistētiam siccitas perseuerat. quod maxime Accidit his, quos superfluus labor oppressit, aut frigus, aut simul cum labore sunt a sole deusti. Et quidem pulsus non eodem modo in utrisq; se habent. quia parui quidem his sunt quos superfluus labor uexauit, in alijs uero magni Quæ uero magnæ con densata cute accidunt febres (condensatur autem aut ex frigore, aut ex qualitate aliqua quæ uim astringendi habet, præter consuetudinē ei aduenien te, uelut illi qui aqua aluminosa se lauerat, accidit) hæ quidem ex omnibus febribus solæ sunt astricta passio. has uero tactu cognoscere licet, quemadmodum & squalidas febres, & quæ ex laboribus &

conbuſtionibus fiunt. nam neq; harum denſitas hos queat latere qui tactum habent exercitatum, ſed & caloris motus neſcio quo pacto increſcẽs, qui mitis quidem in primo tactu ſentitur, acris autem ſi pluſculum tardemus. Non tamẽ et his urinæ ſunt rufæ, neq; corporis moles concidit, neq; etiam oculi caui atq; aridi fiunt, ſed ſunt quibus humecti magis atq; prominentes appareant, q̃ hi qui ſecundum naturã ſe habent. neq; ſunt pulſus minores, quemadmodum in mæroribus, curis, aut uigilijs, aut immodicis exercitijs. Quæ uero ex inflammatione inguinum fiunt, pulſus habent maximos, ueloces atq; frequentes, plurimuſq; illis calor ineſt, ac poſtq̃ febris conſtiterit, ſtatim ex profundo quædam emergit humiditas, calida quidẽ, ſed mitis. acris etenim & mordax huic generi febrium inter omnia alia minime adeſt. Atq; in totum facies rubicunda illis, & magis tumens, urinæq; albiores. Cõmunis autẽ omnibus huiuſmodi febribus eſt pulſus æqualitas, nam paucæ admodum ex his febribus eam quæ in uno ictu inæqualitatem oſtendunt, at neq; ipſæ ſatis aperte, ac manifeſte illã præſeferunt. Talia quidẽ ſunt ipſarum indicia. uide Gal. 2. de criſibus. in fine. Qui ex cruditate cibique corruptela febricitant his notis deprehenduntur, ſi ex calida intemperie oriatur, fuliginoſi quidam ructus comitantur cum ardore quem romani carbunculum uocant, ſi ex algida intemperie, acida ructatio abſq; incendio comes eſt, fit & nonnunquã acidus ructus ex aſſumpto acido, & adſtringente ciba-

rio, ex Alexa. Trall. Vnũ uero hoc est præcipuũ febriũ ephemerarũ indiciũ, ab aliqua incipere cã receti ac manifesta, q̃ ante præcesserit, quã oẽs medici iuniores usitato uocabulo procatarticam. i. præincipientem appellant, sed & si hoc inseparabile sit talium febrium indicium, tamen earum proprium non est. nam & aliarum quædam ex causa manifesta fiunt, quæ ante præceßit, inseparabile uero ac proprium est, coctio in urina statim die prima, ac præterea pulsus ad magnitudinem, ac celeritatem effatu dignam accedentes, ita ut frequentia a proportione deficiat secundum exteriorem quietem: est autem & magis inseparabile ac proprium, quod nullo modo ad celeritatẽ ea pars pulsus quæ systole dicitur, tendit, & si aliquando contingat hoc minimum ac uix perceptibile existit, parumq;, a naturali tenore mutatũ. sed & caliditatis suauitas, proprium atq; inseparabile est huiuscemodi febriũ indicium, inseparabile quoq; æqualis atq; incompressus ascensus, in caliditate ac pulsibus simul, nõ tamẽ proprium, cum & alijs quibusdam adsit, sicuti etiam consistente febre mediocritas neq;. n. hoc etiam est proprium, q̃q̃ his maxime inest. & melius sane hæc quæ cõmunia existant, increscente febre ac consistente. quoniam magis ephemeris insunt, inter propria reponere: fieret. n. hoc pacto & si nequaq̃ sit rei ipsius forma, sed & pulcherrimum atq; exquisitißimum, huiuscemodi febrium adhuc & propriũ simul, atq; inseparibile signum. sicuti et cum sudore,

aut rore aut omnino cum aliquo optimo uapore, declinatio ubi integritas ſequatur. i. de differ. feb. Cap. 7.

Hiſtoria.

HOminem inuiſebant medici quidã non incelebres, alter Heraſiſtratius, alter methodicus, uiſum autẽ eſt ambobus hominem, a cibo continere, quod tamen nos, cum poſt illos digreſſos superuenimus, non permiſimus, ſed ſtatim in balneum perductum, & tepenti oleo largiſsime perfuſum, tum blãdiſsime perfrictum, quam plurimum temporis in calidi ſolij aqua uerſari iuſsimus. Mox egreſſo ac frigida ex conſuetudine uſo, tum ſindone cooperto, conſidere paululũ ad uires recreãdas præcepimus: poſtea denuo in balneũ perducto, ac rurſus ſimiliter tũ uncto, tum perfricto, ac in calida morari iuſſo, dein rurſum educto, ac frigida merſo deterſoq;, exhibuimus cibum protinus quidẽ, ut egreſſus eſt atq; aquam bibit, ptiſſanæ cremorem, de in paruo interuallo lactucam, ac poſt hãc ex ſimplici albo iure piſcium aliquid eorum, qui molli ſunt carne cuiuſmodi ſaxatiles ſunt omnes, & aſelli quos uocant. Tempus anni erat quo hæc agebantur, paululum poſt caniculares quos uocant dies. Homo ipſe circiter quinq; & triginta annorum, colore nigello, & habitu corporis gracili, atq; hirto. tũ qui tangentibus etiã quũ ualeret, manifeſte calorem exiberet mordentem, urinas quoq; habuit abunde flauas, ac ſi pluſculum cibo

abstineret, etiam mordentes, aluus aßidue sicca erat, tum quæ excernebat, exigua acriaq; & sicca. mores animi ad iram, & cogitationem propensi, ipse pauci omnino somni, & qui perpetuo de uigilijs quærere= tur. Hic quodam loco, quo negociorum gratia con= cesserat, albulis quæ haud longe aberant est usus. septima ut aiebat diei hora, ac ter, quaterq; se lauit salubriter sibi consuluisse ratus. hinc quoq; ubi rur= sus in agrum se recepisset, ac cibum sumpsisset, & paululum indormisset, uenit ad urbẽ sero uespere, ubi destitutus idoneo balneo, nocte febricitauit, cũ autem tertia fere diei hora, cõtemplati eum medici essent, iusserunt non eum modo diem, uerum etiam posterum totum per inediam transigere, quo tertiæ diei noctẽ obseruarent, atq; his dictis abierunt. nos tum lauato, tum ut prædictum est cibato, ministris præcepimus, si medici uespere uenirent, quiescere hominem dicerent, eosq; statim remitterent, ac po= stridie mane redire iuberent. ut uero abierunt, rur= sus hominem simili modo lotum ac cibatum, ijs ipsis quæ egimus, dormire probe fecimus, accedentes aũt mane, postridie medici censuerunt etiam eo die cibo illi abstinendum, etiam si quam maxime sine febri prorsus esset. illo uero promittẽte se facturũ, quod iuberent, scis quantus illis digreßis risus sit excita= tus, quem nos paulo post superuenientes depreben= dimus. bis iam lauatus fuerat pransusq; dormierat, quum circa occasum solis, ministrorum quispiam adesse medicos nunciat. Hic uero febricitare se si=

mulat, ac ueste circundatus inuolutusq;, quominus bibisse uinum ab ipsis deprehēderetur, amico cuidā mandat, medicis si quid pcontentur, pro se respondeat. Erant autem de more, ubi inuolutum curiose hominem etiam cum capite uiderent, primum illud solenne ipsi rogaturi, quota hora accessio inuasisset, quum autē amicus respondisset, ferme ne unam quidem integram ex quo cœpisset intercessisse horam, cum horrore ne an frigore cœpisse rogant, eo cum horrore respondente, tangunt hominem iā corpore pprisum & operimentum madentem, itaque ubi hominem laudassent, quod sibi obtemperasset, nec quicquā ante tertiæ diei accessionem deliquisset, ob id ipsum inquiūt nunc te deseruit horror, estq; sudoris inditium, ac multa humiditas circa cutem, quæ haud quaquā euenisset, nisi inediā tolerasses, & triduum transmisisses, iussis igitur propinquis, si quæ guttulæ illi manarent diligenter detergerent, ne frigore afficeretur, tum mane se redituros præfati discedunt, ne tum quidem post sudores iusso homine nutriri, profusus uero sudore iuuenis ita ut inuolutus uestibus fuerat, in balneum cucurrit, ac tertio lauit, & similiter est cibatus, postridie priusquam aduentarēt medici, egressus domo dedita opera est, ne se deprehenderent. ex Ga. 8. Meth. cap. 2.

Præsagium.

TRanseunt autem sæpe diariæ febres, in utrunque genus, nisi quis eas commode tractet. Gal.

9.meth.cap.1.succeßionis autem una quidem propria ſimul, atque inſeparabilis dignotio in omnibus habetur, quod febris ephemera quietem integram ſubſequentem non habet. contingit uero aliquando ubi febris ephemera conſiſtit, aliquod permutatiõis indicium oſtẽdi, at multo magis quũ iã cœperit declinare quo tempore id quod paulo ante dicebamus. ea tranquillitas abeſt quæ adeſſe deberet. Gal. 1. de de diff.feb.cap.7. Terrere noſ minime debet ea febris quæ eodem die finita eſt. Cornel. Cel.li.2.ca.2.
In morbis minus periclitantur, quorum naturæ, aut habitui, aut ætati, aut tempori magis cognatus eſt morbus, quàm quibus nulli horum cognatus eſt. 2.aph.34. Quando æſtas fit ſimilis ueri, ſudores in febribus copioſos expectare oportet. 3.aph.6.
In Adenum tumoribus ortæ febres malæ ſunt omnes præter diarias. 4.aph.55.
Si contingat errorem committi in cura diariæ, periculũ eſt ne in hecticam tranſeat, ſi biliosæ fuerit tẽperaturæ qui ægrotat, in alijs uero in putridam. maxime cũ apertione meatuũ cutis eſt opus, & nõ aperiuntur. ex Auicenna.
Cum declinat febris abſq; ſudore, uel rore aliquo, ad aliud genus tranſire ipſam uerendum eſt, præcipue uero quando declinatio eſt longa, & ſymptomata, ut dolor capitis & huiuſmodi non diſſoluuntur. ex eodem.
Diariæ leui occaſione in acutas & hecticas tranſeũt. ex Achachia in artem Galeni.

Diaria ex cruditate, & corruptione ciborũ a calido, si aluus lubricus fuerit minus est noxia, sin astringitur, grauis est. Gal. 8. meth. v.

Methodus Medendi febres Diarias ex. 1. Gal. ad Glauconem.

CVrare quidem oportet omnes quidẽ balneis. At qui ex densitate cutis, aut inguinum inflãmatione febricitant, si in aere balnei immorari iusseris haud quaquã nocebis: reliquos omnes quàm citißime oportet ab aere semouere, si uero diutius in aqua immorari uoluerint, permittere. oleo autẽ tepido, & multo & manibus mollibus perfricare quamplurimum. atque hos præsertim, qui ex labore febricitant, secundo autem loco, qui meatus habent astrictos, & tertio qui adenarum inflammationes patiuntur: sæpius autem istos lauare in quantũ poßibile est. Cibum autem assumere qui ex laboribus febricitant possunt multoties, non æque tamen qui ex densitate cutis, aut adenãrũ inflãmatione laborãt. at his utrisq; tenuis uictus est utilis. qui uero ex laboribus febrierint, præcipiendum est ut cibos assumãt concoqui faciles, ac cruditatem præcipue deuitent. sed & uinum potare quantum possunt conuincere sunt permittendi. Mensuræ autem ratio, quẽadmodũ in alijs oĩbus, ex uiribus & ætate sumitur ægrotantis, præterea ex consuetudine & anni tempore, & regione, atque alijs huiusmodi. Qui uero ex adenarũ inflãmatione febricitant, arcendi sunt a uini po

tu, donec inflãmationes soluantur at qui cutis foramina habent astricta, aut refrigerati sunt, si quidẽ non multum hoc affectu laborent, neque plenũ corpus habeant non sunt a uini potu prohibendi, at qui supra modum refrigerati sunt, aut pleniore corpore prohibere utile est. qui uero ex uigilijs aut aliquo animæ affectu febricitant, postquã balneaueris cibo humido ac boni succi reficere expedit, uinum uero omnibus his qui uigilias paßi sunt intrepide offerre, nisi capitis dolore præmantur, aut pulsum uenarũ in temporibus sentiant. liquet autem quod etiã in alijs eadem est obseruatio adhibenda, sed & ijs qui ira aut mærore aliquo, aut cogitatione uel uigilia febricitant, uinum est exhibendum, & qui furore perciti fuerunt, qñ omnino ab affectu quieuerunt, prius uero periculosum uti uino. Tentare autẽ oportet & contrarium semper afferre ei quod molestat, labori quidem quietem, uigilijs uero sõnum, iræ autem & furori, ac tristitiæ, sermonibus, actionibus, spectaculis, enarrationibus, animi iucunditatem, sic qui cogitatione laborant, omnino ratiocinationes omittat, & qui ex adenarum inflammatione febricitat, eius curationi intendat, ac multo prius ulceris unde originem habuit. Hæc quidem febrium ephemerarum indicia, atque remedia sufficiunt.

Qui febre laborant diaria. ex nimio ardore. & uitiosis humoribus, succorumue redundantia opprimuntur, euacuare expedit, ne in putredinem uertantur humores. ex Alex. Trall.

Qui ex laboribus febricitant humectandi sunt, & refrigerandi. noli autem corpus plurimum perfricare, & solo oleo perungere, sed aqua oleo permista, nam hoc modo uehemẽtior humectatio fit, oleũ .n. per se cunctatur, minusque penetrat, aqua uero oleo ammista altius penetrãdo articulos ex labore calfactos refrigerat: neq; ungendi igitur sunt, neq; ab unctione donec sudor prouocetur, perfricandi, eo quod nihil humectetur per unctionem corpus si sudando caleat, præstat itaq; mea quidem sententia, si sudore deterso, siue deloto, corpus forinsecus multa aqua temperata in balnei exitu humectetur, & per consequens emolliatur, & tum quidem his pactis cum pinguedine abdomineue ex oleo, et aqua gelida abundanter perungendum censeo. Quur uero Galenus tepidum oleum usurparit, & aquam admiscere noluerit, non uideo, quũ nõ frigidæ sed tepidæ aquæ quæ tẽperandi gratia admiscenda est, fiat mentio, quo, non tam aqua quam oleum ipsum contractã ex calore & ariditate, quæ labores corpori induxerunt exustionem temperet, cæterum ille inunctionem cum hydræleo minus probauit, si denuo lauandus uidebitur languidus, hydræleum rursus corpore illinito, & in solio temperato diu immorari præcipito, opis .n. quãplurimum inde laborãs sentit, diuturniore nanq; in solio morula, magis magisq; humectabitur: nam si balneum ocyßime deseruerit, contracta ex labore corporis intẽperies, quæ se intimius fortaßis insinuauit, nihil emendabitur.

Iis uero qui ex ciborũ corruptione diaria febri corripiuntur, & ardore tenentur, quandiu ex cibarijs conciliata ructatio infestare uidebitur, tandiu potione præsertim aquæ calidæ utendum est quoniã habet hoc poculum eximiã abluendi per aluum, & eiciendi corruptos cibos potentiam. præstantißimi enimuero fuerit auxilij citatus uomitus, quin & aridum etiam, atq; deustum tẽperat spiritum, lenitq;: & lapidosas duritias, quos tophos appellant. emollit. quod si quæ in uẽtriculo corrupta sunt, loco moueri, & per aluum deferri uidebuntur, noli uentris fluxum reprimere. sed magis promoueto, ut & amplius, & promptius quæ corrupta sunt per aluũ deiciantur. Vbi uero uenter plusquã expediat fluuidus uidebitur, adeo quidem ut intestina uellicationibus cum morsu excrucientur, uentrẽ uniuersum in balneo ænomelite, & oleo cytoniorum lauari præcipito, iecur autem abundantius perungere iubebis. Esui panem & aquam calidam admistis apij radicibus, & coriandro uiridi præbeto, cæterum apium non diu relinquatur in aqua, uerum statim priusquam tepescat auferatur, neq; semel modo, sed identidem intingatur. quod si calor quidem inflãmatioue in uẽtriculo esse uidebitur, caue radices apij admisceas. Vbi uero aluus plus æquo soluta nimium profluxerit, adeo ut uires deijciantur, reprimentibus medicaminum auxilijs, occurre uerbi gratia. omphacomelite. quod fit ex uuarũ acerbarum, tum maturescentium succi partibus tribus, & mellis optimi despu-

mati parte una. uel hydrorosato, aut hydromalo, (ea est ex aqua & malomelle confectura) cũ panis mica uel per se. si nullus ardor uentriculum occupet uino cnidio, uel sabino, uel alio aliquantulum astringente obuiam ire expedit. quod si robur nihil deici uidebitur, non est quod uinum exhibeas, præsertim ijs qui calido sunt temperamento. certe quoties ex intemperie quapiam carbunculo affecti cruditatem patiuntur, uinum interdicendum est, quoniã morbũ magis incendit & auget. quemadmodum & calidarum rerum omnium usus proinde nequeo satis mirari quamobrem Galenus. 8. meth. medendi diatriõ pepereon, & diacidoniton offerri præceperit, his qui ex feruida intemperatura, cruditate stomachi afficiuntur, & forinsecus uentriculo purpurã oleo nardino imbutam cunq; mastiche & absynthio calidam admouere consuluerit, id q; nimirum facere iußit quominus deijcerentur uires uentriculi, & roborandi gratia. Nos uero contra id minime gentiũ prodesse posse calida intemperie præditis putamus, quapropter si ex calida intemperatura & cruditate fumidi ructus proueniant præceptum illud perpetuo uerum, contrariorum contraria sunt remedia, hic si uspiam alias, locum habere censeo, calorificis uero hisce rebus administratis grandius & feruentius malum inducitur, quare necessario contrariam uictus rationem, instituas, nempe mediocriter frigorificam, oportet. Cõuenit præterea inquit Galenus rutaceũ quoque oleum infundere nos uero ni-

hil eius generis admittimus, quoniam nimis est etiam hoc ænema calorificum. ex Alex. Trallia. Quod uero ad uictus pertinet rationem, qui ex calida intemperie acidum ructant (fiunt.n. acidi ructus nõ solum ex frigida cau sa sed etiam ex calida, nam & merũ in regionibus ualde calidis sæpenumero acescit) ptissane halicæq; succo abstineant; quoniam acceptus ocyßime corrumpitur, & in summo uentriculo natat, unde ructatio prouenit subinde acida. uolucres porro durioris carnis accõmodatæ sunt, & gallinæ in iure elixæ uel simplici elixatione, & quæ inde cõcinnantur hystitia. pari modo & pisces duriusculæ carnis, et qui saxoso littore nutriũtur. neq; mireris quod, quæ nonnullis paradoxa uidentur hic adferam. quum in calida intemperie quis acidum ructat bubuli pedes exhibiti tam nihil incõmodi adferunt, ut plurimum emolumenti conferant, ipse nanq; multos qui longo tempore acidum ructauerant, nihil aliud exhibens sanitati restitui, cæterum præter hæc ostrea quoq; cruda edendum porrexi, & mala duracina, & cuncta frigorifica, nec facile corruptibilia. ex eodem. Vbi uero acidi ructus molestant cum frigida intemperie, summa cum utilitate & calorifica uictus ratio, & medicamẽta, prescribuntur, cuius farine sunt δια τῶν τρί ων πεπερέων. & διὰ μήλων κυδωνίων. antidota. utile præterea est oleum nardinũ stomacho in spergere & præter hæc cuncta quibus Galenus docet carbunculo crustoso ulceri occurrendũ. ex eodem.

Si plenitudo constipationem induxerit ijs qui diaria ex obstructione laborant, princeps curandi indicatio est euacuatio, quæ sanguinis detractione aptißime cõficitur, omnibus.n.meatuũ obstructionibus succurrit sanguinis secta uena ablatio, qua si uti hoc loco uidebitur, particulatim, nõ copiose sanguinem semel detrahito. cæterum ubi aliqua ratione obstante euacuationi locus non fuerit, pharmaca uero quæ omnes iam græci chalastica hoc est relaxantia uocant. & quæ diaphoretica sunt, adhibita sint, summi cruciatus, inde lamentatio oboritur, & augetur magis obturatio, quin & sola diaphoretica, ante concoctionem materiæ, quæ causa mali existit, admota, pari modo plus lædũt quàm iuuent. qñ autem alimentorum plenitudo, & non uiscidi craßiq; humores, obstructionem fecerunt, sanguis non est auferendus, sed potionibus utendũ, quæ citra omnem calfactionem attenuatoriam facultatem obtinent, cuiusmodi est oximel, quod utiq; humores proijcit, & febrem non excitat, neq; acescit in uentriculo, cæterum non est eius facultatis ut omnibus caußis sufficiat, præsertim si crassa superfluitas, obstructionis & febris diariæ ex putredine parens sit, cum feruore & ariditate ex crasso & uiscoso humore, maxime si nimia facta sit decoctio, rebus itaq; ita se habentibus oximel nullo modo exhibendum est, neq; etiam ubi ipsa dominatur ariditas, uel aliqua mæstitia excruciat. uel nimius labor, uel dementia, iracundiaq;, aut uigiliæ, nam si calore ad-

modum desiccati fuerint, magis incrassescit oximelitis potu materia quàm subtilietur: omnes.n. humores qui sunt ariditate preßi, craßiores redduntur, nunquam oximelite extenuantur. Illos autem oximel iuuat, quorum articuli craßis, & crudis humoribus infestantur, frigidaq; superfluitate, & pituitosa scatent, uodaq; nimiũ intemperie, cruditate, uel plenitudine cibi laborant, uel qui feriatam magis q̃ laboriosam uitam agunt. Huiusmodi sane hominibus acetosum mulsũ tã ut quod maxime cõgruit. Cibus uero sit non exiccans, carens asperitate, & acrimonia: ptisanæ igitur ad humectandum magnifice prosunt. Post humectationem conueniunt, quæ humorem discutiendi, & extenuandi uim poßident, admisto nõnihil apomelitis (quo nomine græci ablutis ex aqua fauis cremorem uocant) quoniam id quoq; proijciendi, discutiendiq; uires citra omnem calorem obtinet, pisces qui facile concoquuntur, carnes uero ut alæ pullorũ domesticorum. ex oleribus lactucas, nityba, serin, cichoriũue laudamus. cũ uero ex pituitoso humore obstructio fuerit, tum confidenter decoctum apij, & aneti, & adianthi potui dato, oximel præterea nõ tã simplex q̃ cõpositũ ijs qui pergelidã nacti sunt intemperiẽ, nec est unquã iugiter ac nimiũ oximelite utendũ, nã intestina abradit exasperatq;, ut etiam hippocrates in libro de uictus ratione in morbis acutis attestatur. qua de re habenda est cautio, ne temere acetũ mulsum, uel herbarũ quoduis decoctũ, uel aliud quodcũq; medẽdi gratia,

exhibeatur. quo circa semper uires eius quod ministratur, quãtitatem item & qualitatẽ perspectas habere oportet. ex Alex. Trall.

Quod Auicennas balneo abstineat diaria laborantes ex obstructione & ipsi Galeno, & rationi aduersatur. nam Gal. 1. ad Glauc. cap. 3. illis balneum concedit, atq; ut in aere balnei immorentur permittit. tum meth. 8. eos qui obstructione laborant, facta prius euacuatione confidenter lauandos censet. debebat igitur Auicennas ut Galenus fecit tempus mõstrare, qñ balneo esset utendũ, nõ illud omnino dannare. sed præstiterit methodũ medendi febres diarias ex obstructione ab ipsis Galeni uerbis ediscere, quæ huiusmodi sunt plane. Etenim inquit ille si pp obstructionem aliquando morata transpiratio est, si parua ea sit, qui recte deterserit, secundam fore accessionem uetabit, sin * momentanea non poßis ita promittere, quod si & multi & craßi, & glutino si impacti succi sint, quæ hos excipit febris, fieri nõ potest ut intra fines diariarum consistat. qñ ex neceßitate huic in mali succi naturis, ea quæ ex putredine humorũ accenditur, succedet. nam in alijs saltẽ temperamentis, quæ in sequentibus exponam, excitari ex tali causa potest citra humorum putredinẽ aliqua continentis febris species. Vbi igitur obstructio quæpiã mediocris est, ob quã febricitant, quibus uitiosus est succus, in prima die atque etiã secundi aliqua parte, nullum est in pulsu putredinis signum. æque ut nec cruditatis in urinis, pertracta tamẽ re-

* ἀξιολογου interpres accipit momẽtaneum ꝑ eo qđ est multi momẽti, cũ apud latinos rem caducã, & q̃ cito ac facile terminetur, significet. qđ contrariũ sonat quã uelit galenus & uerbum ἀξιολογου significet. uertẽdũ igitur, sin ingẽs obstructio fuerit.

mißione, nec amplius pro ratione, sicut post summũ uigorem inceperat, cædente, suspectus affectus est. uelut, e diuerso inquibus ad dissolutionem festinat, uel halitus aliqui, uel sudores, uel humiditates exierunt, uel multa bona urina cum signis in pulsu bonis, in ijs procul dubio diaria febris est. Sed quæ ex parua oritur obstructione, ea (ut dictum est) saltem inter initia, similis diarijs est, protracta tamen inclinatione, suspecta redditur, quamuis putredinis indicia, in pulsu adhuc non appareant. quippe nisi uitiosus succus penitus transpiret, necesse est putrefiat. ergo ut trãspiret, maiore iam auxilio est opus, Ac siquidem uel puer, uel senex sit, sanguinem detrahere non licet, inter has ætates ubi robur ægro non deest, secanda uena est, etiam si plenitudinis, signa non adsunt. præstat. n. uitiosi succi maiore parte emissa, ad detergẽdas obstructiones accedere, quũ alioqui metus sit, si obstructionibus liberãdis priusquam uacuaueris studeas, ne ipsas magis impingas. At soluunt quidem obstructiones quæ detersoriam facultatem obtinent, seu foris cuti sint admota, seu nitro in corpus accepta. periculum uero est etiã ne quæ foras trahuntur, una cũ ijs quæ obstruunt, etiã aliud quodpiam attrahant, & quæ ab interno sursum feruntur, aliquid secum ex ijs quæ in uasis continentur, rapiãt, quod ipsum si tenax sit & crassum, obstructionem plane geminabit, sin aliter, multitudine certe sua nõ parum omnino nocebit. Cernimus .n. aliqñ etiã quod multum est, cum simul totum con

fluit, obstruendo hærere, infigiq;, non minus quàm ea quæ glutinosa sunt, & crassa, quod si p meatus angustos est transitus, multo magis retineri, quo igitur & his tutum, & quæ foris admouentur tuta sit attractio, utilissimū est corpus inanisse. Quin etiam fumosa, fuliginosaq; succorū excremēta quæ trāspirant, succis ipsis imminutis pauciora restabūt. quare inde quoq; minor reddetur febrilis calor. sic ut foras trāspirare si exiguæ obstructiones sint queat. Ergo cum suspicio erit cutim esse ex obstructione occlusam, id quod tum ex eo conijcies, quod nō fuerit in primæ accessionis remissione euacuatio satis magna, tū quod similis sibi perdurauerit remissio. si homo ex nulla manifesta febricitauerit causa, etiā certius argumentum obstructionis habes, sin ex euidenti aliqua causa, fieri potest ut duæ simul coierint causæ. Nam si altera tantum causarum, nempe quā externa impressit, subesset, imminuta remissio fuisset, cum sensibili alicuius expulsione. Haud quaquā igitur differendū est, sanguinis aliquid ita laborantium mittere, scilicet tum ad uirtutis, tum ad obstructionis modi portionem. Discernetur autem obstructiōis magnitudo ex ipsa magnitudine febris, ut quæ ex maiore obstructione, maior, ex minore, minor, inciderit. ubi uero modice uacuaueris haud multo post, aut nutrimentum aliquod, aut pharmacum ex ijs quæ detergeant, exhibebis. sunt porro non multa quæ in febribus id præstent, sed in alimentorum ratione sunt ptisana & mulsa, in pharmacorum oxi

meli, & quicquid incoquere mulsa licet ceu calamintham, hyssopum, origanũ, serpillum, irim, & apiũ. uerum hæc omnia iusto sunt calidiora, ideoq; febres accendunt ita utiq; ut uinũ. oximeli uero solum nec febres accendit, & strenue deterget, sic ut ea quæ glutinosa crassáq; sunt, dissoluat, & meatus obstructos liberet. Porro inter mulsam & oxymeli mediũ locũ habet Apomeli: nec immerito arbitror & saccharum inter hæc annumerandum. ex hoc uictu obseruabis quãtum de febrili calore minuitur. Etenim si tertio die mane uideris minimum esse, quod de febre relinquitur, ac neq; putredinis humorum in pulsu nota subsit, neq; in urina cruditatis, suspecta uero hora qua primo die febris occupauit, extra meridiem sit, audacter hominem quã ocyßime lauabis, longe ante sextam horam: Abunde tamen sit si intra tertiam horam lauationem compleueris. Ad eundẽ modum & si decimam horam suspectam habueris, usq; ad septimam laues licet. quũ tres æquinoctiales horas, quatuorue, inter balneum acceßionisq; tempus, interponi abunde sit satis. Debet autem in balneo corpus prius unctum, ac moderatißime frictũ, mox detergi extrinsecus, abluiq;, moderatißime uero detergent, tum erui farina, tum hordei, tum fabarum, præterea mulsa quæ sit aquosa, magis uero q̃ hæc iris, & pauacis radix, & aristolochia, & mulsa quæ mediocri est mistura, ueluti etiam hac magis quæ meracißima est, fit hæc ubi mista melli exigua est aqua. sic ut liquatum uel exiguos cutis meatus fa

cile ingredi poßit, poſſunt autem uel hac magis detergere tum ſpuma nitri, tum nitrũ ipſum, tũ aphronitrum, ſit aũt nitrũ oportet quod ex tenuibus partibus conſtet, cuiuſmodi berenicium eſt. ſi uero lapidoſum ſit, uri id leuigariq; diligenter debebit. Mel autem puriſsimum acerrimũq;, cuiuſmodi eſt hymetium, eſt autem & ſapo ex ijs quæ maxime detergẽt. Poſt balneum uero præter aquã quæ parũ apij incoctum in ſe habuerit, nihil his eſt offerendum, licet quod inter balneum & ſuſpectas horas ſpatiũ erit triũ fore horarũ cõijciamus, ſi uero circa ueſperã, aut duabus horis citius quã primo die acceßio inuadet, tum lauiſſe mane liceat, tum cibaſſe, ſed tantum ptiſanæ cremore: Deinde ſe ſuſpectæ horæ nihil prorſus afferant, & lauare rurſus ſi uelit licet, & cibare ad eas quas diximus conſiderationes intento. ſin aliquid eueniat, & conferendum id eſt cum acceßione, quæ primo die inciderat, & tum urinæ cõſiderandæ, tum pulſus ſunt. quæ omnia profecto mediocria apparebunt, ubi exigua relinquitur obſtructio, quare ipſum & lauabis quarto die, & cibabis ad iam dictas conſiderationes ſpectans. ſperabiſq; nihil quinto die ſuperuenturũ. at ſi magna obſtructio facta ſit, ea febris ex diariarum genere non erit. hæc Galenus.

Sauonarola in diaria quæ fit ab exuſtione uel ſolis uel aliorum, perfundit caput aqua roſacea, ſandalis, & modico aceti, & oleo roſaceo anniculo. præſentibusq; uigilijs addit nonnihil papaueris albi, ſemi=

num lactucæ, & portulacæ. & recte a nonnullis addi iudicat flores chamæmili, uel anetū. ex serapiōis quoq; sententia, perfusionem capitis ex aqua tepida quæ incoctum habeat chamemilū siccū, nymphææ flores, melilotum & rosas non dānat. nisi præsente catarro. frigida quoq; probat odoramenta. pectorisq; & cordis refrigerationes comendat.
In ea uero quæ ex euacuatione fit per fluxū, uictum exhibet ex ijs, quæ refrigerant, & humectāt, quæq; multi sint nutrimenti ac facile digerantur, cuiusmodi sunt turtures, pulli gallinacei, perdices, phasiani, quorū uentres replet uncia una seminū portulacæ et drachma nasturtij. accōmodaq; esse docet & sorba, & Cytonia mala, & pruna syluestria, & rhus, & myrti baccas. tum uitellum oui accipit in aceto decoctum ac induratum, & una cū carne pulli uel perdicis & malo cytonio terens cibum parat ægroto. super cor & epar ea quæ refrigerant apponit, ægrūq; in loco temperato & odorifero continet.
Inungit quoq; laborantes ex fame oleo de cucurbita, nymphæa, & uiolaceo.
Arnaldus nouo comensis laborantes diaria ex calore sic curat, In coquantur inquit maluarū, uiolarū, salicis, uitis folia, rosæ, & huiusmodi, & caput ex decocto foueatur, ut sudet, mox tempora, manus, pedes, ex eodem lauentur decocto, & lineo panno abstergantur, oleoq; rosaceo uel uiolaceo cum omphacio & lacte mulieris inungantur, uel accipiantur, inquit ille, sūmitatū rubi, uuæq; immaturæ suc-

ei, & cum oleo rosaceo, uiolaceoq; misceantur. qua in miscella lineus pannus madefiat, temporibusq; ac fronti crebro imponatur. serapium quoq; ac rulapiũ ex aqua & saccaro tantũ confecta exhibet, uiolaceũ & rosaceũ ijs tantũ concedit, qui nimis habẽt astrictã aluũ. reliquis concedit lactucas, portulacas, pruna damascena, intuba, cucurbita, farinã hordei, amigdalas, micã panis in aqua elotã quinquies, cum Modico saccari. & succũ mali punici aqua dilutũ. ijs uero qui balneis usi sunt aluminosis post balneum aquæ dulcis hoc epithemate linit frontem ac tempora. R. sandal. rub. & alb. rosarũ. seminis portulacæ añ. dr. 5. spodij gũmi arabici, tracacãthi, añ. dr. ij. terantur omnia & redigantur in puluerem & cum aqua rosacea, uel succo solatri, uel oleo rosaceo dissoluantur.

Ebrietate febricitantibus serapio acetoso cũ aqua frigida uomitum, prouocat. Camphorã quoq; odoranda & huiusmodi frigida præbet, & poma elixa comedenda apponit. & cibis acetũ, omphaciũ, aquã rosaceã, mali punici succũ & similia miscet.

Ex ira febricitantibus apponit cordi hoc epithema, R. sãdali rub. et alb. rosarũ. añ. dr. ij. cãphoræ. dr. 5. terantur & cũ aqua rosacea dissoluantur.

Eis qui propter nimias curas cogitationesq; ægrotãt, somnũ allicit hoc empl. R. rosa. sand. rub. & alb. uiol. ana. dr. iij. opij. dr. i. 5. seminis iusq ami, papaueris albi, lactucæ portulacæ, ana. dr. ij. corticũ mãdragoræ. 3. 5. olei ros. uiol. lactis mulie, aceti. albi. q. s.

apponit hoc tepidum a media parte frontis, usq; ad dimidiatam capitis partem.
Cum quis in balneo incipit horrere, ilico egrediatur. ex eodem.
Gentilis Fulginas febre correptis ephemera ex mærore pomū (ut ipse appellat) conficit hoc pacto. R. rof. rub. recentiū. dr. iij. uiolarū, nymphea, ana. dr. ij. Vtriusq; sād. ana. dr. i. campho. q. iiij. seminis papaueris albi contusi. dr. iiij. redigantur omnia in puluerē, partiatur puluis, altera pars in panno lineo instar pilæ ligetur, altera uero in sacculo ponatur, & ambo in sequenti epithemate madefiant. R. aquæ rof. nympheæ. ana. lib. s. Aquæ acetosæ, Endiuiæ, cucumeris, cucurbitæ, buglossi, ana. unc. ij. aceti albi. unc. s. sand. alb. & rub. ana. dr. ij. succi pomorū acidorū a sedimine separati. unc. i. camph. scrup. ij. Fiat epithema. in quo pila & sacculus madefiant, et cordi apponantur.
Ex uigilijs autem ita prouocat sonū. R. succi crassulæ maioris, lactucæ, solani, portu. a sedimine separati, ana. unc. s. Aquarum rof. nymph. ana. 3. ij. utriusq; sand. ana. dr. i. seminis papaueris albi uehemēter cōcussi. dr. iij. summitatum solani. unc. s. & si fortioribus indiges, adde succi foliorum mandragoræ. 3. ij. si adhuc uehementioribus, adde opij mastiches ana, dr. s. iponatur fronti temporibus & pulsibus brachiorum. si acetū addas ut nonnulli facere cōsueuerunt, sit ualde paucū, acetū. n. uigilias, prouocat. Myrtus uero & chelidoniū agreste mirifice pro=

ſunt q̃ arcanũ non omnibus notũ eſt. illinuntur. n. efficaciter fronti, ac tempori bus. idem poteſt unguentum huiuſmodi. R. oleorũ nymph. mandrago. papa. ana. unc. ς. ſeminis papa. albi. ualenter concuſsi, ana. dr. ij opijthebaici. dr. ς. ſcrup. 1. ceræ nouæ dr. ij. fiat unguentũ liquidũ quo ungantur pãni linei, et imponantur tẽporibus, & uenis quæ ſunt in fronte. uel hoc pacto. R. Amygdalarũ dulciũ lib. ς. ſeminis papaueris albi. unc. ς. cõterantur cũ aqua frigida cocta, & propinetur. uel. R. conſeruæ uiolarũ, Nymphe æ, ana. unc. ς. ſeminis pap. al. unc. 1. Hyoſciani. dr. 1. ſaccari. q. s. Miſce. At ſi potes externis ſomnũ allicere, ab internis caue.

Ex aſtrictione cutis ſerapio curat acetoſo, & aqua hordei cum ſaccaro.

Ex ſacietate & uomitũ prouocat, & uẽtriculũ roborat hoc pacto. R. ſeminis atriplicis ualẽter cõcuſſi, dr. ij. coquatur in aquæ quar. 1. ad cõſumptionẽ alterius ꝑtis, poſtea coletur, cui adde olei com. q̃r. ς. aceti. unc. i. bibat pro uiribus unico hauſtu, & poſt horã digito impoſito uomat: uẽtriculus ita roboretur, R. Mentæ ſiccæ, Absynthij, maioranæ, meliſſophylli, ana. un. ς. roſarũ, rub. M. i. Aniſi, marathri, carui, Ameos, dauci, ſeſeleos, ana. unc. i. Maſti. dr. ij. ſpicæ nardi. unc. 1. ς. corticũ Citrij uehementer concuſsi, dr. iij. Coriand. Corallij rub. ana. dr. 1. concuſsis omnibus fiat ſacculus. qui uentriculo ſuperponatur.

Ex frigore, ſudorẽ prouocat ſic. R. florũ chamæme

li, utriusq; stæcados, ana. quar. 5. origani calamenti, pulegij. ana. unc. 1. Anisi. unc. 5. omnia coquantur in uino optimo & aqua. q. s. decoctio calida in una, uel duabus cucurbitis ponatur, obtureturq;, & sub pannis lecti ab utroq; latere accōmodentur, ut ægrotum non tangant, & ex altero latere aliud moueri poßit, caput febricitantis sit extra pannos, reliquū uero corporis optime contegatur. uel. R. olei Anetini ex meliloto. ana. lib. ij. in quibus oleis decoquantur, origani, calamenti, pulegij. utriusq; saluiæ. ana. unc. 5. exprimantur, colenturq;: quo oleo omnes dorsi uertebræ inungantur.

De Febre hæctica.

CVm ad tantā immodestiā uenerit caliditas præter naturā, ut in habitu sit ipsius solidæ essentiæ similaris corporis cordis, hæctica febris nominatur, ex Aetio. cum uero omnes corporis solidæ particulæ, ex calfactæ ad absolutionē iam sunt, eiusmodi febrē hecticam græci uocant. ceu non amplius iā in humoribus & spiritu, sed in corporibus ijs quæ tabis rationem habent comprehensam. cap. 5. de inæq. intemp. Quæ igitur febres hecticæ appellantur, duplici uia ortum habent, magna quidē ex parte, ex ardentibus febribus, quæ tantum protrahuntur, ut longitudine temporis humorem in corpore cordis contentū, consumant, uel fieri potest, ut eius adhuc magna portio reseruetur, illæ uero non tantū hecticæ sunt, sed tebidæ etiam. quæ autem, manente

adhuc

adhuc humiditate generantur, ubi cordis corpus oc cupauerint, hinc maxime accẽdantur, quemadmodũ lucernæ flãmarũ elychmio, atq; una quidem a nobis ex posita est earum febrium generatio, reliqua autẽ est, quũ statim ab initio inuaserint, similem primum sui ortũ ephemeris facientes, aut ex tristitia, aut ira, aut laßitudine nimia una, cũ solis feruore contra= cta, hasce igitur febres non est admodum difficile cu rare, at quæ ex ipsis ad tabẽ peruenerũt ex inscitia medicorum, quibus earũ cura fuit demandata, ubi iã exquisite consistunt, & iam dudum incæperunt, nõ modo est easdem curare difficile, sed etiam impoßi= bile: earum siquidem natura calida est & sicca, cum tale aliquid cor patiatur, quale lucernæ elychnium, quũ fuit plurimũ exustũ. Nã quod ita torrefactum est, frangitur atq; dissoluitur, atq; ex ariditate con= tinuitatẽ amittit, adeo ut neq; si magnã olei copiam super infundas, flamma abundantior poßit accen= di. semper. n. parua & debilis in ipsa palpitat flãma, ac continue fit minor, donec ex toto extinguatur. talis quidẽ est febris quæ omnino tabida existit, quæ non est idem morbus cũ ea paßione quæ tabes appel latur, nã hæc & absq; febre in decrepita ætate, solet accidere, extincto natiuo calore, quod nihil aliud existit quam mors, quæ fere sine sensu doloris ac se cundũ naturam ex siccitate contingit, sicuti his qui præter naturã tabescũt, altera aduenit species, quæ a philippo ex ægritudine senectus uocatur, in quam non solum senes, sed etiam pueros uidimus incidisse,

quam plurimos. Tabida uero febris nō tantū sicca, sed etiā calida est paßio, extinguitur autē ualde celerius, in hac ægritudine calor animalis, totumq; corpus tabescit, instar arboris supra modum arefactæ, aut ob longitudinem temporis, aut flāmæ uiciniam, aut uehementem atq; immoderatā siccitatē. ex Gal. de differ. feb. 1. cap. 8.

Pulmo si qñ euaserit solito calidior, cōtinuo cor calfacit, quo calfacto cū prauū calorē contraxerit, pulsus efficit, qui comites esse usus pulsuum amplificati solent, qui affectus si diuturnior sit, in periculum uocabitur illud ne in febrem hecticam incidat, de præsagat. ex pul. 4. cap. 1.

Aduenit autem aliqñ ex pulmonis ac thoracis affectibus ac præsertim ex suppurationibus & tabe. sicuti autem ex his ita ex hepate, ac uentriculo, atque ut simpliciter dicamus, ex omnibus diuturnis inflāmationibus quæ nobiliores partes occupauerunt, adiuncta totius animalis ac præsertim cordis siccitate, ut ex. dysenteria & hmōi. i. de diffe. feb. ca. 9.

Hectica quidē, quæ in tabem incidit febris, cognitu promptißima, atq; facillima existit. nā priusquā pulsus atq; calorē tactu perpendas uidebis oculos immodice concauos, ueluti quibusdā quasi foueis recōditos, exhausto iā uniuerso in ipsis liquore, ita ut ossiū quibus palpebræ cohærent, eminentiæ conspiciātur. Et sordes quidem in ipsis siccæ ostenduntur, & quædam ueluti squalida dispositio, qualis maxime inest his qui toto die sub solis ardore iter longū, per

puluerẽ egerunt. Eſt etiam in eiſdem flos uitalis coloris extinctus, hoc quidẽ tota patitur facies, atque in tota cute, quæ faciem obducit, ac frontem præſertim, squaliditas quædã immoderata cõſpicitur. adeo ut ex ſiccitate dureſcat, ac circuntendatur, non tamen poſſunt plurimum producere palpebras dormitantibus ſimiles. & quidem ſæpius cõmouent dormitantium more. non erit autem eorum paßio somnus, ſed potius uigilãdi impotentia, colliquatæq; adhuc ſunt carnes quæ in temporibus ſunt, ut callapſa uideantur & concaua ſpatia, & quid aliud omnino ſunt quam oſſa atq; cutis? adeo ut ſi nudato corpore partes ad uentrẽ attinentes aſpicias, neq; ex inteſtinis, aut uiſceribus aliquod ſupereſſe cẽſueris, ac præcordia uehementer contracta uerſus thoracem uidẽtur. quod ſi eos tangere libeat, cutis quidẽ apprime arida, quã ſi digitis apprehendens extenderis, inſtar corij conſiſtit, pulſus autem tenuis, durus, debilis, ac frequens. Caliditas autẽ cum primum manus admouetur, debilis eſt, paulatim uero, acredinẽ atq; eroſionẽ quandã oſtendit, ac magis cum plus tangẽdo ĩmoraberis. incipit uero tabes qñ humiditas innata in uno quoq; corpore inſperſa in medijs ſpatijs partium ſimiliariũ, ex qua primum oẽs particulæ nutriuntur, periclitatur, circa cordis corpus non amplius adeſſe. donec .n. pars huius aliqua reſeruatur, ſolum febris hæctica exiſtit, nondum etiam tabida. Quum uero eo iam res periculi peruenerit, ut nihil iam ex tali humiditate ſuperſit, tunc exquiſita ta-

bes existit. nunc ad hæcticæ cognitionē reuertor, ac primum illius in qua facilis est remedio locus. Est autem ubi sola fuerit, haud quaquā difficilis cognitu, alteri uero associata ex putredine humorum, pp admistionē iam difficillima redditur. supponatur iam ipsa sola ex aliqua nuper dictarum causarū habuisse principium, appareātq; in ipsa die oīa generis febrium ephemerarum indicia: simul autem et cū ipsis appareat, & præincipientis causæ forma quod etiam in progressu sermonis ostendetur. Sed etiā ex ægro interrogato addiscere licet, si in cæteris quidē bene se habens, solum ob id quod supra modum fuit iratus, aut tristitia affectus cæperit febricitare. Et si hæc uera esse inuenientur, febris autem ad diem sequentem extendatur, neq; ad quietē declinans, neq; magis inualescens, ariditatē autē maiorem, in corpore representet, talem hecticā fore tibi est suspicādū. quod si & in tertio die sine cibo permanere elegerit quousq; tertianæ accessionis suspectas præterierit horas, nihilq; effatu dignū priori accesserit febri, aut fuerit imminutum, sed quædā exiguæ reliquiæ, primæ febris tantummodo procedāt, atq; permaneāt cum ariditate corporis, & caliditate, quæ primo tactu mitis sentiatur, in processu uero tēporis acris, mordax, atq; arida manui se offerat, huiusce modi febrem hecticam esse est existimandum. Maximum uero atq; indubitatū hoc erit eius naturæ indicium, si cibum homini attuleris eo præsertim tempore quo maxime omnes horas suspectas subterfu

giſſe uidetur, ſtatim.n hora una, aut duabus poſt ac ceptum cibũ, quicunq; ægrotantẽ tetigerint alterã febris acceſsionem adeſſe opinabuntur. nec deerunt qui eos, qui cibum obtulerint, increpẽt, quoniã haud in tempore dederint. decipiuntur autem. Nam omni bus hecticis febribus hoc ꝓpriũ inſeparabile adeſt indicium, allato cibo febrem accendi, ac pulſum ad magnitudinem, ac uelocitatem augeri, ita ut incom preſſa inuaſio facta uideatur, uoco autẽ inuaſionem incompreſſam in qua neq; horror aliquis, neq; ex-tremarum partium frigefactio facta eſt, neq; ue-luti quædã dormitatio, neq; aliqua inſignis ſegnites, aut omnino inæqualitas aliqua, uel ſcilicet i calidita te, uel in pulſu. Adhuc autem magis neq; paruitas, neq; debilitas, neq; horũ aliquid aliud, ſed quẽadmo-dum, & cuicunq; alteri, ex cibo maior, ac uelocior pulſus efficitur. fit quidẽ aliqñ & in quibuſdã febri bus alijs incompreſſus aſcenſus, atq; hac quidem ra tione non uideretur febrium hecticarum proprium inſeparabile ſymptoma. At non parũ differt, ſi uni-uerſum horum indiciorum aceruum inſpexeris, in omnibus ſiquidẽ febribus alijs huiuſcemodi introi-tus, etiam præter cibum aſſumptum fiũt, in febribus autem hecticis res omnino contrario modo ſe ha-bet, neq; penitus ſit aliqua inuaſio in tempore ali-quo. Sed eſt una febris continua ſicuti quæ proprio nomine ſynochus appellatur. at illa quidem quan-dam ueluti flãmam plurimã admouenti manum ha bet occurſantem, præter id quod pulſus in ea celer-

rimi sunt, frequentissimi, ac maximi. In hecticis autem febribus neq; multa occurrit caliditas, pulsusq; tanto minores, rariores, ac tardiores sunt his, qui febribus synochis existunt, quanto etiam caliditas minor existit. Cōmune itaq; oībus hecticis febribus, quod pusillæ, ac semper a principio usq; ad finē sunt æquales, proprium autē his quæ cum tabe sunt annexæ est siccitas. quoniā sine siccitate sæpius hecticæ febres consistunt quum nō transmutātur ad tabē quē= admodum multis hoc tempore in magna pestilētia contigit A synochis igitur differunt hecticæ febres ut diximus. ab alijs quæ incōpressas habent inuasiones hoc maxime differunt, quod affluctatio aliqua omnino illis adest quum cibum assumpserint in accessionis principio. In hecticis autem post cibum assumptum quandā ueluti incōpressam inuasionē fieri cō= tingit, quæ nō est ut paulo ante diximus inuasio. decipit autem eos qui circa huiuscemodi non sunt exercitati ob caliditatis multitudinē, ob magnitudinē pulsuū ac uelocitatē. Manifestius autē die sequenti hæc febris agnoscitur, si diligentius obseruauerimus, quousq; post assumptum cibum, in caliditate ac pul= sibus alteratio facta perdurauerit. nam quæcunq; cō spectui sunt obuia eo usque manifeste alterata apparebunt, donec cibi digestio, atque appositio cordis siccitatem humectauerit. deinceps ad pristinum habitum reuertetur, in quo antequā cibus assumere= tur, conspiciebatur. si igitur alio in tempore cibo refeceris, in eo qui sequitur die, ac rursus die sequēti,

in tempore pariter diuerſo, quod dico fieri uidebis, caliditatem ſcilicet poſt cibum adauctã, pulſus alteratos. id. n. eis contingere uidetur quod in calce ac lapidibus calefactis. ſi. n. aquã frigidiſſimã miſcueris, multo calidiores ſentiuntur, ita ut nutriri uideas in ipſis humida ſubſtantia aridã caliditatẽ. Sed quænã ſit huius rei cauſa naturæ ſtudioſos inquirere oportet. quod autem ita fiat cuicunq; uolenti ediſcere licet, ſi. n. intra manus recipiat calcis glebam eiuſdem paruifaciet caliditatem, quã neq; ſentiet, ꝙ ſi ad terrã deponat, atque aqua perfundat, uidebis quã primum uehementer calefactã, atq; ita feruentẽ ſicuti lebetes, qñ ingenti adhæſerint flãmæ, uapores etiam non paucos ab ea efferri conſpicies. ꝙ ſi etiã tãgere auſus fueris. facile ex hoc deuri continget. Igitur & ad ſenſus iudicium humida caliditas uires habet, non parum ſicca euidentiores. ſiccã uero in hecticis febribus eſſe caliditatẽ, quas tabes conſequitur, eo conſtat argumento. Nullus eorum qui habitu corporis prædito ſunt humidiore, ſtatim ab initro huiuſcemodi febre correptus, fuit. ſed quicunq; ſunt natura ſicciores, ac præſertim ſi una calidã habuerint temperaturã, uitãq; elegerint in laboribus, uigilijs, ac curis, uictuq; pauco, hos ſtatim ab initio ſolet hectica febris inuadere, ex ira uel triſtitia ac magis, æſtate, ſtatuque temporis calido, ac ſicco, & loco præterea con ſimili. terminus autem earum principij eſt, ſi eo tempore quo ſolent ephemeræ febres in integrã quietẽ deſinere, nedum iſtis tale aliquid eue=

niat, quin etiam ſiccitas manifeſte intendatur, tunc .n. primũ febrẽ euadens ephemerã, tranſcendit ad hecticã. Alter uero cuiuſdam ueluti ipſius augmenti, atq; integræ perfectionis terminus eſt tertiæ diei acceßio, ſi.n. neq; altera ſuperuenerit acceßio, neq; ægrotus ſine febre fuerit, adaucta inſuper ſiccitate, tunc proculdubio hic hectica febre laborat, quæ progreſſu temporis cito ad tabidã conuertetur. ſi non recte curetur. terminus autem permutationis ipſius ad tabem. eſt qñ primũ pulſus debilis, ſimul ac durus fiet. atq; idem ſtatim eſt & paruus neceſſario ſimul, & frequens, non tamen propterea febris eſt tabida. ſed ob id potius quoniã debilis ac durus exiſtit. debilitas ſiquidẽ uehemẽtẽ ſequitur cordis intẽperiem, durities autem ſiccitatẽ. ſi igitur huiuſcemodi affectus cor occupauerit, hinc febre tabida neceſſe eſt animal laborare. Arteriæ quoq; circunſtãtibus partibus calidiores, maximũ ſunt hecticarum febriũ indiciũ, ſiquidẽ hoc illis nequaquã in alijs accidit febribus. adhuc autẽ manifeſtius hic aduenit caſus, quũ ſunt loti, aut quouis alio modo rarefacti, ita ut aliqua profluat humiditas, ac caliditas efflet. tũc .n. alijs partibus omnibus calor percipitur moderatus, ubi calor ita expirauerit, qui uero in arterijs exiſtit, nihilo minor ſentitur quàm ante. eſt uero eius manifeſtus ſenſus quum ſe pulſus attollunt. de differ. feb. 1. cap. 9.

Alteri uero aſſociata adhuc difficilius cognoſcitur, ſicut quæ nuper cuidã mulierculæ cõtigit, cuius ac=

ceßio non die, tãtum, sed etiam nocte manifeste fiebat. latebat. n. tabida febris, omnes medicos, quibus eiusdem curatio fuerat demandata. ut qui arbitrarentur neq; principiũ aliquod sensibile febribus hecticis inesse oportere, neq; incrementũ, neq; consistẽtiã, tanquã non posset eisdem associari altera febris ex humorũ putrefactione proueniens. at nos statim primis diebus in eadem muliere cognouimus, utraque. n. inuasio, & quæ diu & quæ noctu fiebat, partes quidẽ breues acceßionis faciebat, & sæpius cũ rore aliquo, aut expiratione uaporosa, ita manifeste soluebatur, quod corpus in bona temperie positum tangentibus sentiebatur, signa autem ex arterijs accepta, semper remanebant, cum neque similiter ut aliæ partes refrigerarentur, neq; celeritatẽ, aut frequentiam motus amitterent. ibidem cap. 10. Cæsar uero optatus hecticã febrẽ una cum putrida coniunctã ita cognoscendã edocet. uel manifesta est putrida febris, hectica uero latet, uel Econtrario. si primũ, tunc quatuor signis hectica occulta cognoscetur, primo quidem, si post acceßionem putridæ quæ manifeste terminetur uel sudore aliquo, uel alio pacto caliditas quædam sicca & mordax relinquatur. secundo, si corpus extenuatur, arescit, magisq; resoluitur, quàm ratione putridæ febris, poßit. Tertio, pinguedo aliqua, & oleosi quippiam in urina et egestione apparens. quarto, caliditas aucta post assumptum cibum, tempore quo nulla sit putridæ acceßionis suspicio. si uero putrida sit occulta, difficil-

lime cognoscetur, coniecturis tamen nonnullis uti possumus huiusmodi, si hectica hæc putridam febrē diuturnā, ab humore crasso accensam fuerit consecuta. ex pulsus quoq; coarctatione, sudore, aut humido aliquo uapore, & partium extremarum refrigeratione.

Hectica doloris est expers, putantq; qui ea febricitant, se omnino non febricitare, neq;. n. sentiunt eius calorem, omnibus eorum partibus æque p calefactis: non. n. ex eorū particulis hæc agit, hæc p atitur, quum omnes inter se iam similes redditæ sint, & unicam habeant consentientem temperiē. 5. cap. de inæquali intemp.

Historia.

IVuenis febri correptus est annos natus quinque & uiginti, gracili corpore & musculoso, & ueluti canis, tum sicco calidoq; omnino temperamento, iam idē exercitatione quodāmodo delectabatur, & alioqui cogitabundus erat, & qui labori uacaret, is peregre agens, quū nunciū parū gratum accepisset, & tristatus est, & propere se accingens ad urbē festinauit. ac priore quidem die, & laborauit modice, & lotus cænatusq; in quodā diuersorio quieuit, sed maxima ex parte sine sōno. Postera die etiā magis festinauit, ac longa uia, & sabulosa, & squalente, tū sub feruente sole confecta, hora prope septima, & semisse peruenit in urbem. ibi cū ea quorū causa maturasset, meliora audiret, in gimnasium la=

uaturus proficiscitur. dein unctus una cum quodam eorũ qui aderãt iuuene, perfrictus est. a quo cum ut paululum dimoueret, prouocaretur, orta inter eos contentione (qualia sæpe incidunt ijs qui exercitationibus indulgent) plus iusto est exercitatus: eratq; iã immodice siccus. egressus uero gymnasium, inuenit amicorũ quosdã pugnãtes, quos dum dirimit, imprudens in aliã exercitationẽ non leuem incidit, dũ alios eorũ diuellit, alios impellit, alios complectitur medios, alios ut iniurios increpat, ac pro ijs qui iniurijs affecti essent, irascitur, adeo ut domum se in summa siccitate reciperet. lassitudinem, inæqualitateq; sentiens. Aquã igitur ex consuetudine bibens, ubi nihilo se leuatũ, sed inæqualitatẽ sibi intendi sentit, hanc quidẽ uomuit. ratus autem utilius adhuc cibo abstinere, accubuit, ac quieti se dedit hora ferme diei undecima quod cum fecisset, ac nocte tota febre diuexatus uigilasset, postridie quoq; quieuit usque ad meridiem, sperans se sõni aliquid consequuturũ. quo tempore cũ eũ medici quidã ditriton colentes inuiserent, tũ quidem homini satis magnam esse febrem aiebant, uesperi autem se illum reuisuros. itaq; & uesperi quũ redirent, ac febrem inclinatam cernerẽt, ne tũ quidẽ Nutriendũ censuerunt quãuis etiã id alius quidã medicus suaderet. immo strenue restiterunt adijcientes, siquidem sine febre esset fortasse cibum daturos, febricitante adhuc minime id facturos. quin etiam quũ tertio die mane redirent, etiam tertiæ diei accessionem transmittendã

censuerunt. Erat autẽ (ut dictum est) suspecta hora illius diei undecima, ergo digreßis illis ipse acceßi, ac faciem iuuenis cõtemplatus, uidi talem esse, qualẽ in prognosticis hippocrates, his uerbis pingit: Nasus acutus, concaui oculi, ac reliqua quæ deinceps ab eo dicta scimus. itaq; cũ omnino mihi persuaderẽ fore ut tum in hecticã febrẽ, tũ quã marasmode uocant homo nisi cibaretur, incideret: sorbitionẽ ex alica q̃ primũ paro. & tamẽ quamuis hac sumpta, cũ acces sio suo tempore circa undecimã inuaderet, sic extremis partibus perfrixit, ut calfieri hæ uix possent. et pulsus illi paruus imbecillusq; quã maxime fuit. qua ex causa illi etiam quarto die tum mane tum uesperi, cibũ dedi, quo scilicet & uires repararem, et corpus humectarẽ. erat nanq; cutis eius ceu corium arida. ubi autem febris tenuis, & similis perseuerauit, statui deinde quinto die, non simplici sorbitione hominẽ cibare, ut ante, sed alica ex aqua calida, citraq; conditurã, iniectis in cã mali punici granis, est nanque is optimus cibus, bilioso stomacho, nã & roborat hunc malum punicum, & alica cũ diutißime in uentriculo, citra curruptionẽ maneat, sensim cõcoquitur, nec acescens nec innatans. quæ uitia accedere sorbitionibus aliqñ solent. Incidit uero & in ipso quinto principiũ accessionis simile. itemq; cum et sexto & septimo. cum simili ratione cibassem et in octauo rursus simile principium præcedẽtibus fuit. ubi nimirũ uel amentiã uel pertinaciã, uel haud scio quid dicam, eorũ qui in principio hominẽ transmut-

tere tertiæ diei acceßionẽ, ſine cibo iuſſerant, prorſus intelligere licebat. nã cum cunctis euidenter appareret, nunquã peruenturum eũ ad quartum fuiſſe ſi nutritus ante acceſsionẽ tertij non fuiſſet, illi et tum eum, & ſecutis etiam diebus non recte nutritũ aiebant. Cæterum comittendum non erat, ut eorum redarguẽdi ſtudio, ægrũ quis nõ exhibito in ipſo acceſsionis die cibo proderet. igitur nono die ſimiliter hominẽ nutriens, cernensq; in acceſsione pulsũ eius redditum quàm prius erat firmiorẽ. cæterũ imbecillitatẽ illã adhuc præferentẽ, cum extremarum partium frigore, non potui ſuſtinere medicorum illorũ meras nugas, ſed undecimo die præfatus prius ægrotantis amicis, fore ut ipſo die intelligerent hominẽ hactenus noſtra opera fuiſſe ſeruatum, permiſimus illi præterire acceſsionis horas, ergo cũ & ſine pulſu omnino in ipſis eſſet, & frigus eum uehemẽs totius corporis premeret ſic, ut nec loqueretur amplius, & uix impellentẽ ſentiret, conuocati in unum medici omnes, qui ab initio uideramus, ab ægrotãtis propinquis propemodum ſumus diſcerpti. Ego quidem, quod ob pertinaciã ultro ægri ſalutẽ prodidiſſem: qui diatriton colebant, ꝑꝑ ignorantiã & ſtupiditatẽ. Ac illi quidẽ pallidiores, frigidioresq; quàm ipſe æger, conſilium quoddã fugæ captabant. quod ego proſpiciens aulæ oſtium obſerari iuſſerã, & ſimul amico cuidã clauem ſeruare. Poſt medius eorũ ſtans, iam inquam uobis cõſtare arbitror, quis hactenus hominẽ ſeruarit, ſeruabitur autem & nunc no=

ſtra opera,neq;.n. ſi periturũ omnino in hac acceſ=
ſione putaſſem a cibatione deſtitiſſem.ſed quoniam
ex præcedenti iam uictu tantum illi roboris ſupe=
reſſe nouerã,ut tolerare acceſsionem poſſet, permi
ſi acceſsionis horas ſine cibo tranſmittere.ac ſatius
quidem fuiſſet hominẽ multo ante nutrire. uerum
quo & iſtos redarguã,& quibuſdam his auſcultan
tium,qui confici a nobis iuuenem,quod illam occa=
ſionem omiſerim dicunt,perſuaderẽ,nunc illis oſten
dam uel in acceſsione ipſa ægrotantes quoſdam nu=
triri debere, nedum ante hanc.his dictis,ac diductis
hominis maxillis,infundo ex anguſti oris uaſculo
cremoris ptiſanæ treis cyathos.paulo autẽ poſt albi
& tenuis uini modiceq; calida diluti, duos cyathos.
poſt quos & ſuſtulit oculos,& tũ audire,tũ loqui,
tum præſentes noſſe cœpit.quum ante uelut lignum
aridũ porrectus ſine uoce ac ſenſu iaceret. rurſus
itaq; dato ex uino quo dixi modo diluto,pane ad co
medendum exiguo,prorſus hominẽ reuocaui.quem
ut rurſum ad inſtitutam ab initio uictus rationem,
reduxi,& tertij decimi diei,acceſsionem facile to=
lerare uidi,in quarto decimo rurſus mane,cibaui,ac
mox uinum bibendum exhibui.idẽ uero & in duode
cimo,& tertiodecimo fecerã,in quinto autem deci=
mo rurſum cibaui mane, quum uero facilius tum
quoque acceſsionem ferret, in ſextodecimo denuo
laui,cæteraq; circa hominem peregi,ſicuti in præ=
cedentibus diebus.at ubi in decimo ſeptimo minime
grauis,paucaq; acceſsio fuit,audacter hominem de

cætero sub conualescentium uictus ratione, habui. hæc Galenus. 10. meth. cap. 3. quo exemplo libenter sum usus ut inde poßit quilibet eos quoq; qui in hecticam procliues sint agnoscere & curare. dubio enim procul iuuenis ille nisi recte a Galeno seruatus esset, in hecticam incidisset, quod etiam Gal. testatur cap. 6.

Quidam iuuenis uidebatur hecticus, accersitus autem medicus siccitatem epatis illum pati, considerauit. utensq; syrupo uiolaceo, & hordei decocto, inunctioneq; ex oleo uiolaceo, ac reliquo uictu frigido, pristinæ sanitati restituit. ex Arnaldo.

Præsag.

Hecticas febres principio curare facillimum est, cum uero iam in tabem transierunt fieri non potest ut curentur. 1. de diff. feb. cap. 8.

Methodus curationis.

Cvm igitur squalenti corpori hectica febre laborare contigerit, caput totius curationis, in ijs remedijs quæ refrigerent, & humectent statuere oportet. porro duplex genere, est harum rerum prima materia una earum quæ foris inciduut, altera quæ intro in corpus sumuntur. quæ sanæ & προσφερόμενα. i. assumenda dicuntur. Extrinsecus corpori incidunt tum aer ipse qui nos ambit, tum pharmaca quæcunq; humectandi, refrigerandiq; uim obtinent, & tertium præter hæc, dul-

cis aquæ balneum. intro in corpus sumũtur quæ edũ
tur ac bibuntur, & inspiratus aer, ab his generibus
tentandum est propositis hoc loco febribus. tum hu
miditatẽ, tum refrigerationem cõparare. uerum re
frigeratio quoniã per efficacißimam qualitatẽ in=
ducitur. & parui temporis est, & periculosa. con=
tra siccitatis per ea quæ humectant curatio, ut lon=
gi temporis est opus: ita minus est quàm refrigera
tio, periculo exposita. igitur dictas sex materiæ diffe
rentias deinceps iam examinemus, ab ipso ambiente
exorsi. hic igitur si temperatus est, qualem se exhi=
bet, utiq; tali nobis est utendus, nihil amplius de eo
sollicitis, sin admodum calidus est, uel admodum fri
gidus, pro calido inducendus arte cõtrarius est, sub=
terraneis inuẽtis domibus, quæ & frigidissimæ sint,
& maxime perflatæ. & ad septemtrionem uersæ,
tum auris quibusdã, quæ ipsis sint suaues, opera no=
stra paratis alias ex euripis, in quos se deijciant mul
ti aquarum fontes. alias aqua frigida de uasis in ua
sa transfusa. Iam hoc statim etiam somniferum est.
præterea domo asidue aqua, quæ prorsus frigida
sit, aspersa: ac rosis plurimis humi fusis, aut uitium
capreolis, aut ruborum sumitatibus, aut lentisci ra=
mis, aut deniq; reliquarum quæ refrigerent stirpiũ
aliquibus. de quibus etiam prius est dictum. Turba
quoq; hominum ingredi prohibita. nam id quoq; do
mum calefacit, atq; ita quidem calidissimum aerem
refrigerare, qui scilicet in æstate calida & sicca ac=
cidit, est tentandum, quandoquidem in hyeme cali=
dißimum

dißimus esse non potest, sicuti nec frigidißimus in æstate. at si quis modice frigidus, hoc esse contentos oportet. nihil aut machinantes aut de temperie eius alterantes. qui uero frigidißimus est, utiq; quatenus respirando attrahitur, admittendus est, ut qui calorẽ qui est in corde, admodũ refrigeret, nõ tamen quatenus extrinsecus ægrum contingit. quippe id dẽsat, cogitq; cutim. ac humorum qui conburuntur efluxum trãspirare prohibet. siquidem p pulmonẽ, quod rarũ uiscus est, difficile non est, ut tum qualitas ipsius, tum etiam substantia, ad cor facile perueniat. at per cutim fieri nequit, ut eius uel qualitas uel substantia ad cor, perueniat, ut pote prius densatam. Nam quod in libris de simp. med. facul. de ijs quæ uehementer astringunt est dictum, id hic quoq; reuocari ad memoriam debebit, ac sciri qui nimium frigidus aer est, hunc cutim densando, semper sibi ipsi uiam præcludere, scire tamen licet, maius fore ex frigida inspiratione cõmodum, quàm ex cute densanda incõmodũ, præsertim cum operimentis hanc calfacere licet. porro utendum maxime eiusmodi aere est in hijs hecticis quibus primum quod afficitur ipsum est cor. æque ut si uentriculus primum esset afflictus, ipsi p comesta & bibita esset succurrẽdum. huic. n. illa cum integris adhuc uiribus occurrunt, sicut cordi inspiratus aer, at iocinori ex inspirato aere nulla certe utilitas accedit, a comestis uero & bibitis, minor plane quàm uentriculo, cæterũ aliqua non obscure aduenit. cõmunis autẽ omnium

ſanatio eſt per ea quæ extrinſecus applicata, refrigerant, & humectant. atq; ob hæc quidē uiſcera magna ex parte hecticas maraſmodesq; febres, accidere contemplati ſumus, ſuperueniunt tamē aliquādo ex pulmonum ſicco calidoq; intemperamento. Attamen oportunū eiuſmodi febribus id uiſcus non eſt, ut pote humidū, laxūq;, incidunt præterea & pectori, & pingui membranæ, quod meſeræon, dicitur, et ieiuno, & colo. interim uero, & utero, & renibus. in ſepto uero tranſuerſo maraſmū non uidi. hecticā ſane febrē uidi, & hanc ſemel quidem plane abſolutā, ſæpe uero citius interimentem, quam plane eſſet completa. Eiuſmodi nanq; affectum, & ſpirandi difficultas, & delirium excipere ſolet. ex quibus magna ex parte prius moriuntur, quam hectica prorſus ſit perfecta. eſt autem eorum agnitio facillima tum ex pulſus duritia tum ex eo quod præcordia, plurimum trahuntur ſurſum, tum ex difficultate ſpirandi, quæ illis eſt inæqualis & uaria, quippe alias quā maxime paruum & frequens ſpirant, rurſus aliquādo manifeſte ſpiritū tardant, dein ſubito quēadmodū gementes reſpirarunt, uel duplicem ſpiritus intromiſsionem, quaſi ſuper inſpirantes, uel duplicem foras miſsionem faciunt, ueluti ſuper expirantes. reſpirant uero hi ſæpe & reliquo thorace toto: non ſenſibiliter modo uerum etiam notabiliter, tū opertas ſcoptulas, quas homo platas uocāt, attollentes. aliqn̄ admodū rarā, & magnam reſpirationem edunt, utiq; cum delirij malū præcipue dominatur.

uerum præsentis instituti non uel laborantium partium notas, uel earũ causas referre, quare denuo ad curatiões reuertamur, æstimemusq; quas uires propositæ iam materiæ, aduersus hecticas febres habeant, sane diximus iam nonnulla, de aere, tum calido tum frigido, qui præcipue quidem est utilis, quũ quod primum afficitur, ipsum est cor, quamuis confert & in reliquis febribus non parum, quãdoquidem in his quæq; necesse est, cor similẽ intemperiem recipiat, citra quã nec marasmus, nec hectica, nec reliquarũ ulla febriũ, consistere potest. quo facile apparẽt, etiam pulmones, ubi scilicet, ij sunt qui primũ patiuntur, plus cæteris omnibus refrigerantem aerem requirere. sequitur iam ut de ijs medicamentis agã, quæ extrinsecus admota humectent & refrigerent. porro horũ quoq; ea deligenda esse quæ citra uehementem astrictionẽ refrigerent neminẽ latet. Talia. n. præterquã, quod non humectant, etiam demittere frigiditatẽ suã alte non ualent, propterea quod cutim cogunt ac coarctant: optima uero sunt quæ non modo citra astrictionem refrigerant, sed etiam corporis substantia sunt tenui. ac quæ quidem absolutissime tenuiũ partiũ sit substantiã exacte frigidã inuenisse, fortasse non est. dixi exacte propter acetum quod cũ omniũ, quæ nouimus, potestate refrigerantium plane tenuissimarũ sit partium, admistam sibi aliquam caliditatẽ habet. præterea corpora quæ contingit, exiccat. quãuis ad imaginationẽ sit humidũ quo fit ut ad eos affectus quos humecta-

ri & refrigerari expedit, solo eo non utamur, sed tã
to aquæ frigidæ admisto, ut poßit bibi. cæterum q̃q̃
corpus quod absolute tenuiũ partiũ sit, & simul fri-
gidum inuenire nõ est, attamẽ deligi materias opor
tet, quæ ad eiusmodi medicamenti cõpositionẽ, ma-
xime sint idoneæ. ac dictũ quidem latius de his est,
in opere de medicamentis, dicetur autem in exẽplis
nonnihil, & nunc, quo in hoc quoq; genere, mẽbra-
tim his exercitatus, incipiam autem ab eo medicami
ne, quod omnium, quæ humectent, ac refrigerent est
simplicißimũ. quo etiã aduersus erysipelata utor, et
phlegmonas in pudendis, utiq; inter initia priusquã
depascens aliqua subindicetur putredo. debebit autẽ
ad id præparata esse cæra quàm optima & elota.
sane optima fuerit uel alba pontica, uel quæ ex atti-
cis fit fauis. esto autẽ & rosaceũ quod ex oleo fit a
nonnullis uocato omphacino, ab alijs crudo, quodq;
citra salẽ sit confectũ. maxime uero ad rem pertine-
bit si & ipsum oleum tenuiũ prorsus sit partium. cu
iusmodi sabinũ est. quũ uti uoles ambo mista liquan
tor in uase duplici, factoq; humido cærato (cuius-
modi scilicet erit quod triplũ aut quadruplũ ad cæ-
ram rosaceũ habet) postquã ipsum fuerit refrigera
tũ misceto ei paulatim in mortario tãtũ aquæ, quã-
tum in se dum cũ ea mollitur, poßit accipere. expe-
dit autem & ceratum ipsum prius admodũ esse re-
frigeratum, atq; etiam quæ huic admiscebitur aquã
esse frigidißimã. abunde autem cæratum refrigera-
bis, si cũ modice coiuit, totũ uas in quo continetur,

in aquã frigidißimã dimittas. quod si aceti quoque admodum tenuis, et clari paululũ adijcere uelis utique magis adhuc refrigerans, tum humectans medicamentum efficies. non debebit autem medicamẽtũ hoc eo usque super ægrum corpus manere, dum manifeste in caleat, sed aßidue subinde mutari.
Aliud medicamentum. oxalidos aut oxilapathi succus tenuis farinæ modico admisto, uel exigua polenta, excipiatur duplicato peniculo, detrito. affatimq; frigidũ & ipsum imponatur. quod si eiusmodi peniculi occasio non sit, tum linteum duplicatum & madefactum refrigerandæ particulæ impones. quin etiam & portulacæ & semper uiui, & uuæ immaturæ succus, similiter polentæ miscentur. ad hæc lens palustris, & uiridis tribuli, & poligoni, & lactucæ & sereos succus, aliaq; quæcunq; refrigerare est dictum, cum tenui polenta. præterea sine polenta, licet integris herbis tunsis uti. iam uero quod epithema ex pinguibus fit palmulis, quas patetus græce uocãt, salutare medicamen est. porro coquere oportet harũ carnẽ, omni membranoso exempto, alias ex solo claro aceto, alias aqua ipsi admista, atque hac, ubi satis tenera est, tũsa uti. quod si parum molli craßitudine uidebitur. præstiterit iam dicti aliquid admiscuisse cærati, quod si rosacei quippiam dictorũ singulis aliqñ miscere uolueris, nihil inutilius pharmacum habebis: Esto autem quod admiscetur tum minimũ, tum & simplex, & p frigidũ, & quod factum sit ex oleo salis experti, sane quoties simplex rosa=

ceū, aut aliud quid uis id genus dico, quod ſine aro matis eſt confectum intelligi uolo. Eſto uero ſalutare ad talia, medicamē, & roſarū ſuccus frigidus, una cum polenta, ſalutares uero ſunt & ipſæ roſæ tunſæ. præterea ſtirpiū quæ moderate aſtringunt germina trita, ad quē modū uti aliqñ licebit, herbis quæ mediocriter aſtringant, ueluti ſolano. ſed hæc abunde pro exemplis ſint, quæ iā dicta ſunt. Porro utendum his eſt, non ſicut uulgus facit, toti impoſitis thoraci, aut toti uentri, immo illi maxime quod primū eſt affectum, neq;. n. neceſſum eſt, ut aut cū eo quod refrigerari, ualenter deſiderat, etiā id refrigeres, quod prorſus non deſiderat. aut ante iuſtū tempus refrigerare deſiſtas, timens uicinā aliquā particulā lædi. Ego nanq; hominē ſcio, qui impoſito præcordijs refrigerante medicamento, difficultate ſtatim ſpirandi, laborarit, alterū uero qui protinus tuſsierit, atq; paulo poſt, utrique finitum ſymptoma, ubi quod refrigerauerat eſt ablatum, quod ſi adeo ſtrenue refrigerare non ſtudebis, habes quæ id modice efficiant, adherentium medicaminum, ac cærati ſpeciem referentium magnam copiā, quorū non materiæ modo uim, ſed etiam compoſitionis methodū didiciſti, uerum ego cum iam ſentiam menſuram præſentis inſtituti, me excedere, ad ea quæ tractationis ſeries proxima exibet conuertar. Proxime uero ſe a iam dictis exhibet conſideratio, de balneo tum ipſius rei cauſa, tum uel magis pp philippū, qui hecticis quas maraſmodes uocant, ipſum noxium putat.

ipse igitur quid tũ de omni balneorum ui, tũ etiam quæ ad eos, qui hectica & marasmo laborant uel (ut semel dicã) omnibus est accommoda, in hoc maxime libro quid sentiam explicabo, memini nanque me & supra, in diarijs febribus illa laudare, & in septimo huius operis libro, in ijs qui cruditate propter siccã uentriculi intemperiẽ laborabant, atque extenuati erant, & sæpe utendas iubere. Cæterum de uniuersa earum ui nullo alio libro differui, sed in hunc seruaui. ubi & de ijs agitur quibus efficacissimus earũ est usus et quibus Philippus ea interdicit, atq; prius quidem ubi de ulcerũ curatione egimus, indicata causa est, cur propriæ cuiusq; morbi indicationes ignorentur. dicetur autem nihilo secius et nũc ut pote tum ad ea quæ nunc paramus, tũ ad ea quæ dicenda sunt utilis. quũ.n. unus in corpore affectus est, eius curationem inuenire si nõ ratione, certe experiẽtia haud difficile est. ubi uero conexi duo tresue sunt, præsertim qui maxime contraria, inter se auxilia requirant, fieri nequit ut experientia, quod agẽdum sit inueniatur, imo nec facile ratione. siquidem & substãtia cuiusq; affectus, ad unguẽ nouisse oportet, & propriã curationis indicationẽ, a quoq; affectu cœpisse. præterea quẽ primũ omniũ, aut magis. quẽ rursum minus, aut secundo tertioue loco curare conueniat. Hæc igitur causa est. cur uulgo medicorũ ignotũ sit, & quod febriũ omniũ qua febres sunt, propriũ remediũ refrigeratio sit, siue ea talis actu sit, siue potestate. & quod alia multa ex accidenti

refrigerando, febrium ſint remedia, de quibus & di
ctum nonnihil in præcedentibus eſt, & in ſequenti=
bus dicetur. quædam nanq; remedia complicatam
quodãmodo, duplicemq; facultatem habent, ita ut
& prima ratione proficiant, & ex accidente. quod
genus & balneum eſt. nam frigidæ potio qui ſe qui
dem proficit, ut pote actu refrigerans. ſuccus autem
uuæ immaturæ poteſtate refrigerans medicamen
tum eſt, atq; hæc quidem ambo refrigerant primum
.i. per ſe ipſa. nec intercedente alio. at ſanguinis miſ
ſio (ueluti prius indicauimus in febribus continen=
tibus quas ſynochas uocant) non primũ ſed ex acci
denti, calidam aliqñ intemperiẽ ſanat. ad eundẽ mo
dum & chyſter, & purgatio, & fomẽtum, & ca=
taplaſma, quod digerat, aut concoquat. utranq; ue=
ro facultatem, in ſe comprehenſam, habet propoſi=
tũ nũc in ſermone balneũ, utpote ex partibus uaria
præditis facultate compoſitum. quippe ingrediẽtes
in aere uerſantur calido, poſtea in aquam calidam
deſcendunt mox ab hac egreßi in frigidam. poſtre=
mo ſudorem detergẽt. poteſt autem prima eius pars
materias per totũ corpus tũ calfacere tũ uero liqua
re. præterea quæ inæqualia ſunt, æquare, & cutim
laxare, & multa quæ ſub hac ante detinebantur uel
diffuſa ſunt uacuare. ſecunda eius pars, ubi quis in
ſicco corporis affectu ea utitur poteſt madorẽ utilẽ
ſolidis partibus immittere. Tertia balnei pars po=
teſt, ubi quis frigida utitur, & totum corpus refri
gerare, & cutem denſare & uires firmare, quarta

uero corpus per ſudores citra refrigerationis noxam, uacuare. Ergo cum hæc omnia circa hominis corpus efficere ualeat dulcis aquæ temperatum balneum, & præter hæc etiam ſiquis intempeſtiue lauetur, tum horrores, tum cutis denſitatem, tentandum nobis eſt omnia deinceps diſtinguere, ac primum de illis ſermonem facere, qui quũ in balneo ſe lauant, horrore tentantur. His.n.una (ut ſic dicã) continẽs excitati ſymptomatis cauſa eſt. aliæ quæ hanc præcedunt multæ, ſane horroris cauſam eſſe dico mordentinm excrementorũ confertim actorum citatiorem motum. proinde quibus horum eſt abundatia, caro uero ac cutis denſæ ſiue balneum ſint ingreßi, ſiue ſteterint in ſole, ſiue quoquo modo uel geſtati, uel perfricti, uel exercitati, uehementius ſint dimoti, utiq; ijs horror incidit. contra quibus hæc pauca ſunt, & corporis habitus aut remittatur laxeturq; a balnei calore promptus, ij non modo non horrẽt, ſed etiam meliores redduntur, ut pote excrementis ꝑ id uacuatis. quo rationabilius nec in primo inuaſionis initio, nec in incremento quisquã ægrotantẽ lauit. quippe denſata eſt hoc tempore coarctataq; et cutis ipſa, & quæ ſub hac habetur carnea ſubſtãtia, at in febris inclinatione uel incipiente, uel præcedẽte uel amplius progreſſa, & nos ſæpe & alij medici nonnulli, multos ſæpenumero ægrotos lauantes, non parum his contulimus. ſed iſta relinquamus & unde digreſſa erat oratio, redeat. qui igitur ex calida & ſicca intemperie hæctica febricitant, ac potiſ=

ſimum qui iam maraſmodes fiunt, ijs ubi frigida lauari uolunt, tutum non eſt in totam coniici, æque ut nec gracilibus, nec imbecillis, qui æſtate longa uia peracta refrigeratione indigent. nam neq; his tutus eſt frigidi ſolij uſus, niſi prius fuerint in balneo æqualiter ex calfacti quippe ſimile quippiã nobis accidere uidetur quũ in frigidũ ſoliũ poſt balneum ingredimur, ei quod ferro accidit quũ tingitur. Etenim tum refrigeramur, tum roboramur, quẽadmodum & illud, ubi candens iam redditum, frigida mergitur. atq; huius rei cauſa ad imbecilla corpora, inuentæ ſunt balneæ, quæ ea præcalfaciant, atq; ad frigidum ſoliũ præparent. non diſſimile quoddã faciunt & qui ſine balneo frigida utuntur, quũ ſcilicet ſe ab exerciatione in eam ſaltu dimittunt. ſiquidem cuiuſmodi nobis eſt balneum, eiuſmodi illis eſt exercitatio, ut quæ non tantum calfaciat, ſed etiam inſiti caloris motũ a profundo corpore extrorſum concitet ſic, ut & frigidæ impetui occurrat, & quo minus uiolenter in profundum ruens, uiſcerum aliquod feriat, aduerſetur, atq; prohibeat. nã neq; ipſam frigidæ ſubſtantiam, neq; eius qualitatẽ omnino integram uſq; ad uiſcera pertingere eſt ſalubre. immo & ſatius & tutius eſt, ſolam eius qualitatem per ea quæ intercedunt propagatam, citra ſubſtantiam ad profundum permeare. iam qui hectica febricitantes ad balneum accedunt, niſi in frigidã ſint dimiſſi, nihil iuuantur. qui. n. aliter febricitant eorũ ſolidæ partes nondum difficile ſeparabilem calorẽ

obtinent. itaq; etiam ex sudoribus una cum insensibili transpiratu, abunde his remedij est. Et sane, diariarũ febrium ipsam propemodũ substantiã uacuari per hæc contingit. in ijs uero qui ex siccitate & caliditate febribus hecticis urgentur, solidarũ partium affectus cãdenti ferro est similis: quo utiq; minus eos in balneis calfecisse duntaxat humectasseq;, contenti esse debemus, quippe sic alimentum incrementumq; febri præbuerimus, imo melius erit ut mersis in frigidam extinguamus calorem, at in hoc metus est ne corpus in diuersa transferas, ac frigidum reddas. quis hoc negat? non tamen propterea uitio dandum est, quod prospere ex præsidio succedit, nec propterea quod mensura eius deprehendi est difficilis, prorsus est deserendum. siquidem si aliter liceret, tum cæteras hecticas febres tum marasmodes sanare, consultius esset tutiori uia insistere. nunc quoniã totum curationis momentum in refrigerando humectandoq; consistit, omnibus uero refrigerãtibus auxilijs pp corporis horũ gracilitatem noxa iminet, necessarium arbitror thucydidis esse consilium, agentes aliquid uel periclitari. quibus alia salutis ratio non est, & quæ unica uidetur, ea dubia est, necessum puto his est aduersos periculis ire. sed nec error ipse aut mortiferus est, aut irremediabilis. siquidem quos in extinguenda febre, aqua frigida in cõtrarium affectum transtulit, hos licet, in toto quod sequitur tempore calfaciendo sanare. iam nec periculũ par est. nec frigidi affectus nec etiam

ipsius remediorum. indicauimus nanq;, tum prius, in huius operis septimo, tum in libro de marasmo, tũ ante hos in libris de tuenda sanitate, fieri non posse ut solidarum partium, siccitas consumate sanetur, q. si fieri id posset, utiq; fieri posset ut non senesceret qui ea uictus ratione uteretur. si igitur insanabilis solidarum partium siccitas est, tum expeditissima in eam per hecticas febres uia patet. melius est hominẽ in frigidam intemperiem transferre, ac cui curationem adhibeamus habere. quippe qui id fecerit, is noxam postea oppugnauerit. qui uero perniciosam insistere uiã sinet, is desperatam ægrotanti salutem fecerit. quanto itaq; satius est aliquid nonnulla fiducia uel cum periculo facere, quam spe adempta certo perire, tanto profecto satius est potentibus præsidijs pugnare q̃ nihil agere. Ergo illico eos qui hectica febricitant omni ratione refrigeremus. anteq̃ progressi in marasmũ peruenerint. quem autem marasmus plane iam occupauit, hunc sanare ne tentaueris. nam & si calorem eius extinxeris, attamẽ siccitas quæ relinquitur, senectutis ritu hominem conficiet, tantisper nimirũ uicturum, quoad solidæ eius partes reniti aduersus summam siccitatem ualebũt. atq; maluerit fortasse propinquorũ ægrotantis aliquis, atq; etiam ægrotans ipse aliquo spatio in senis habitu uiuere, quã ilico mori. itaq; curare hos quoque cum præfatione expedit, ac in alterum transferre marasmũ, quem iam senium ex morbo nominare insueuimus. licebit. n. his non plures tantũ dies,

uerum etiam menses uiuere. Ego nanq; cum iuuenem quendam qui ita laborabat, sanassem reficiens deinde ac senilem eius imbecillitatem pro senũ ratione tractans, non solum in menses sed etiam annos uiuũ seruaui, nec est qui hic eiusmodi marasmi curationẽ audire desideres, utpote tum in huius operis primo, dum siccas & frigidas intemperies sanauimus, traditam potestate. tum operis de sanitate tuenda, ea in parte, quæ senibus alendis est delegata. In hecticis igitur febribus id quod remedium affert, calidæ soliũ non est, sed frigida, ad quam balneæ ægrotãtis præparant corpus. æque ut reliquorum omniũ qui per sanitatem lauantur, hecticos igitur atq; ex his præcipue qui marasmode hectica febricitant, modo his alia nulla febris, uel ex solo putrescente humore, uel cum phlegmone sit adiuncta, eos omnes audacter lauabis, sed prorsus citra omnem laborem, ne uires resoluas. quod ipsum quũ noceat uehementer occasio fit balnei culpandi, quod citra laborem id ita intelligo, uolo æger in balneum super lectulo deportetur, paratãq; ad manum habeat calentem sindonem, super quã in prima trium domorum balnei nudatus transportetur. sint autem qnatuor qui hanc teneãt, a quoq; fini unus: ac siquidem prima domus satis calida sit, æger in ea nudatus in secũdam portetur, sin tibi frigidior uidetur, non nudus sed coopertus, uel alia sindone minime frigida, uel tali aliquo inuolucro. esto autem media domus non tantum situ media, sed etiam temperie. Tanto scilicet prima calidior,

quanto est tertia frigidior. in hac domo oleũ tepidũ esto, quo æger super sindone illatus protinus per fundatur. hoc facto tertiam ingrediantur domum ducãtq; hominẽ ubi soliũ est, sic ut ꝑ tres balnei domos, duntaxat transierint, per quas nec celeri gradu transibunt qui ægrum portant, sed tantisper in prioribus domibus morabuntur, dũ in altera transferatur tantũ a lectulo. in media uero dũ perfundatur oleo. Esto autem & aer cuiusq; domus nec summo calore, nec etiam frigens: sed admodum temperatus & modice humidus. id fiet si aqua temperata ex labro sit liberaliter proiecta, sic ut perfluat ꝑ oẽs domos. in ipsa uero solij aqua mediocriter moretur: idq; in sindone sustentus, nulla infusione aquæ. cuiusmodi in alijs uti solemus adhibita, imo nec capiti eius infundi quicquã uelim, cũ sit satis id quoq; bis, terue una cum toto corpore in aqua mergi, demissa mediocriter, deorsum sindone, ac rursum per quatuor iuuenes qui eum portant, leuata. mox hinc eductus, in frigidã semel totus tingatur, ne uel breuißimo quidẽ spatio, illic moratus, porro qui eum portant tum reliqua omnia curiose esse edoctos conueniet, tum celeritatem tingendi non documenti modo uerum etiam præcepti loco, præter cætera habere. protinus uero alter paratam habens sindonem, ipsi inijciat, tum in lectulo collocatus, primum spongijs detergatur, deinde mollibus linteis. nec comittent qui eum detergebunt, ut uiolentius eum contrectent, sed quo ad fieri potest blandißime. post hæc

unctum ac uestibus amictum rursus super lectulo in domum ubi cibatur reducent, ac nutrient, domus uero balneo coniungatur. hactenus de balneis. sequi prædicta uidetur ut de nutrimenti facultate præcipiam. sane humidum esse ac frigidum quod hecticis febribus sit conducturum nemo nescit. eiusmodi uero sunt, tum ptisanæ cremor, quum frigidus sumitur, tum alica similiter ptisanæ cremori condita, id uero est ex aqua & exiguo porri, & aneto, tum sale, oleo, & aceto. commodus præterea ijs qui sic laborãt est, & exiguus in aqua frigida panis. Cæterũ nullius horum pura frigiditas esse debebit, sicuti potionis. quippe hæc mature tum incalescit, tum per corpus digeritur, illa quũ plusculum temporis in uẽtriculo morentur, ipsum fortassis refrigerant, si fuerint immodice frigida. diuturna uero existente iam febre dandum quoq; asininũ lac est, sed diligẽter obseruato ne in uentriculo cogatur. id uero interim ipse nos æger docebit, utpote suæ ipsius naturæ peritus. interim id a nobis inueniendum est, paulatim ad eius usum accedẽtibus. ac expedita quidem ratio est ad symptoma declinandum, si melipsi admisceas, aut salis quo uescimur exiguum. Cæterum abstinendum quo ad fieri potest, in hecticis febribus a melle est atque iccirco etiam a mulsa. quippe protinus uertitur in bilem, & sicciores acriorisq; caloris febres reddit. dandus itaq; principio est asinini lactis non plus cyathus, ueluti a me datum uidisti. sed inducta in ipsum cubiculum asina, quo nullum tempus inter-

ponatur, sed æger id protinus bibat, contemplanti bus diligenter nobis, ac conferentibus arteriæ motum quia, sumpto lacte agitur, cum eo qui ante id sumptum fuit. si enim corruptum sit, pulsus paruosæ inæquales inuenies quales sane in compressione oris uentriculi accidere nosti. sin autem corruptum non sit, & maiores, & ualentiores redditos inuenies. itaq; etiam licebit, quum postea exhibebis modum lactis dimidio cyatho adaugeas, ac deinde rursu alium dimidiū adijcias, sicq; sensim usq; ad mediocrem modum addas. modi uero non lactis tantum sed etiam reliquorum ciborū omnium metæ quibus attētus eris, in septimo huius operis ubi uentriculi sanauimus intemperies sunt traditæ. nam quum primum in eo libro siccam eius intēperiem hactenus inueteratam proposuerimus, ut totum iam corpus gracile reddiderit, indicauimus quo pacto quis simul ambo probe sit sanaturus, tum uentriculi intemperiem, tum corporis gracilitatē. ideoq; fortasse sit satius quominus multa scribamus ad illum te librum ꝓ reliquis omnibus cibis remittam quū. n. similes affectus, similia nimirum remedia postulant. Verum quanto becticarum febrium affectus est calidior, tanto utiq; frigidiora requirit auxilia & simul maiorem solicitudinem ne ualentibus auxilijs utentes quicquam lædamus. at qui iam marasmo urgentur, eos sicut dictū est lauabis. quos uero hectica premit, nondum tamen marasmo tentantur, eos licet etiam sine sindone subiecta laues, in

domum

domum uel super lectulo, aut lectica quapiam, conueniet. mox ipsos seipsis ingredientes ad calidam duci, quo in ea morentur. at qui ex ijs minus sunt ualētes eos non tutum est permittere, in frigidam natationē descendere: sed foris potius ipsos perfundere, primum tepida, secundo frigida. esto autem tunc præparata in labro aqua frigida (quanta scilicet ex eo semel hausta perfundere simul totum iam lauatum poßit) ea frigiditate ut nullam euidentem qualitatem, nec prorsus frigidarū, nec tepidarū aquarum præferat. sed qualem ea quæ fontana uocatur, quæ & frigoris quod ferit, & teporis qui resoluit est in medio. ac siquidem curiose oīa administrabūtur, tum quod ad balneum tum quod ad nutrimenta spectat, utiq; sanandi iam eius quem marasmus consumit spes est. sin error uel in uno committatur, is reliqua subuertit omnia. quippe quū exitialis horum affectus sit, ne leuißimum quidem errorem tolerat, ac siquis talium est seruatus, huic carnosam portionem marasmus occupauerit. ipsis uero solidis siccatis fieri nequit ut homo prorsus persanetur sed omnino uel statim ipsum febris iugulauerit, uel postquam in eum affectum est translata quem senium ex morbo uocamus. nam primū eiusmodi febris propriam partium humiditatē ex qua nutriūtur depascit, hinc uero ad carnosum genus transit, quod circa tum fibrosas, tū membranosas partes solidorum corporū hæret ita deinde ipsas solidas populatur, hactenus ex Galeni. 10. meth. de cura hecticæ febris.

Vbi hectica febris ex bilioso humore phlegmonem incensam & sacrum ignem, coniunctum habuerit, frigidam aquam incunctanter exhibere cōuenit. nos quippe in huiusmodi conditione & ardentißima siti præmente, frigidam (dij boni) quanta cum languentis commoditate exhibuimus. uerū priusquam hanc offeras, laborem multo diuturniorem futurum prænuntiare medici est officium. Vbi autem reficiendi gratia frigidam dare expediat, in febriū tamen incremento dum hectica in marasmodem transit, fieri minime congruit. proinde dum febris hectica cum aliqua putredine est, maxime si æstuosa fuerit febris aquā gelidam dare competit. neq; sine discrimine, citraq; delectum, in omnibus huiusmodi agendum sed cū concoctionis ipsius materiæ indicia in urinis iam apparere incipiunt, tum maxime gelidæ aquæ usus comendatur. abstineant uero a frigida ubi acutus morbus ueluti causus in hecticam migrauerit, & in marasmode in transierit, præcipue si plus æquo ægrotus fuerit extenuatus. quū igitur aqua frigida hectica laboranti aliena uidetur, ita subueniendum est. Cataplasmata, adspergines (quæ græce ἐμβροχαὶ dicuntur) & cærotas omnibus hectica febre oppreßis, frigoris conciliandi gratia, adhibere perpetuo maxime conducit, ne dū ubi frigidæ usus nullum habet locū, & quū robur est imbecillum, uel quum præter modum sæuit caliditas, et corporis extrema adest tenuitas, & corpus non ex hectica febre facto marasmo carne uidetur exutū,

inter principia nanq; inflammationes in locis affe-ctis nasci uerisimile est, uel iocinoris, aut uentris, aut uenarũ mesentericarũ, aut coli. & si non sit diuturna inflãmatio, uteri, pectoris, pulmonis, septi transuersi, & aliarũ particularũ inflãmatione corripi poßint. operæ itaq; præcium fuerit medicum non ignorare, sed quasi prouidere, unde marasmus ortũ habeat, & frigorificis humectantibusq; præsidijs occurrere. sunt uero eius facultatis innumera, sed nullum reperio efficacius, cærota quæ ex oleo rosarum constituitur, nam ea solidas corporis partes singulas insigniter refrigerare & humectare consueuit. & cauet præterea pulchre ne si quæ reliquiæ humorum quantũ uis exiles, restant, oĩno depereant. est uero eius cõfectio talis. Accipe cæræ denarij põdo unius. olei rosati unc. iij. Cærã ante omnia semel atq; iterum si res postulat lauato, usq; dum diluatur in aqua frigida, deinde amisce oleum, & accurate apud ignem per horam uel plus minusue, dum probe inter se confundantur, de coquito. tandẽ ab igne tollito, seduloq; subigito, donec in alguerit, postea in pilam mittito, & contere, oleum super infunde, reliquum modice lauato, & aquã gelidam paulatim, tantisper dum totum imbibatur, oleumq́; rosarum in pila comisceatur, & cum uidebitur satis permistum, cum aqua & oleo tollito, quod si alborẽ ouorum adieceris multo cõmodius reddetur medicamẽtum, pari modo si ptisanæ succum qui admiscuerit adhuc efficacioris fuerit auxilij. utere ut supra gal.

docuit. nonunquã molliorẽ paraui admista aquæ et olei rosarnm portione non exigua, atq; ita quidem liquidiore medicamento more unguẽti feliciter usus sum, illito cum eo uniuerso languentis corpore, sed præcipue emaciatis, & carnibus plane destitutis partibus. neq; uero satis est semel modo interdiu dictas partes sed oportet, sæpe sæpius per diem hoc ipso unguento illinere. & sane in uiscerum regiones multo affluentius perungere. Poma non omnibus qui hectica febre laborant, conueniunt, sed ijs dũtaxat, qui intemperaturã feruidã, ac aridã nacti sunt, conceduntur igitur melonum medulla interior, cucumerisq;. & mala, & mala duracina. senio autẽ ex morbo correptis conueniunt uuæ perquam maturæ, & quæ pependerunt, dulces. fici ad hæc maturi, nisi aluus plus æquo solutior sit. tunc. n. cibaria quæ modice astringunt præbere oportet, ut mala punica acida. mala cotonea. & quædam alia quæ potißime ieiunis ante omnia cætera fercula, afferre expedit. Ex Alexandro Tralliano.

Hecticorum aer uaporosus esto non siccus. Cibi uero ut cancri fluuiales probe cocti, camaratæ marinæ rubeæ, cochleæ, testudines nemorales, præcipue uero q̃ in uiridarijs nutriuntur, & nunquã utuntur aquis: pdices, phasiani, capones, qui sic nutriri debẽt. R. Frumenti electi mensurã unã ponatur ad coquẽdum & addãtur ranæ aquaticæ bene mundatæ. 100. uel. 50. iuxta frumẽti quantitatẽ. coquãtur una donec caro liquetur, postea colato, eo frumẽto nutri=

to.8.uel.9.diebus.potes etiam uti limacis, uel cancris loco ranarum.cum uero cochleis uteris optime dum coquuntur purgato, & lauato in aqua gelida cum sale ac cineribus semel uel bis, ut fuerit opus, conueniunt quoq; hædi, agni, uituliq; lactantes, et cuniculi.ex Gentili. Auicenna exhibet trociscos de cãphora qui sicci sunt, tu caue exhibeas nisi cum re aliqua humectãte ut serap.uio.miscueris, ex astario papiẽse.refrigerat quoq; & humectat aqua hordacea una cum fluuialibus cancris decocta, quæ in hunc modum paratur. Cancros fluuiales euulsis corticibus abiectisq; extremis aqua frigida, cinere & sale, ter uel etiam amplius, donec grauis, dor euanescat, abluito, deinde iterum cum aqua sola lauato, mox conterantur, & cum aqua hordei decorticati coquãtur, dosis.unc.vi.utatur qñ sitit, extra cibum, nam dum cibum accipit non erit absurdum si uinum paucifœrum album, bene dilutum, potauerit, uel aquã si fuerit assuetus in qua paululum cinamomi decoctum fuerit. congruum est ex auicennæ sententia uestire becticos sandalatis, camphoratisq;. compositionem quoq; aliquã ex rosis cãphora, sandalis, lilijs, aqua rosacea odorãdã tradere. partiri etiam cibus debet, & in die sæpius exhiberi, ut concoquatur. qñ uero in syncopim incidunt cibentur aqua carnis accepta (inquit ille) ex lateribus hædi, cum sale pauco, quæ coletur, misceaturq; ei aqua malorum pari portione, & addatur uini optimi decima pars, & propinetur.ex Auic.dabitur aliqñ lac amygdalarum cum

penidijs & tragagantho, ex Arnoldo. oua sorbilia nemo fere negat. lactucã quoq;, buglossum, in tuba, & huiusmodi olera cuncti laudant, carpiones quoque ex piscibus, auratas, mullosq; cæsar optatus commendat. testiculi pullorum, uitulorum, agnorum, hædorumq; dantur a sauonarola. accipiantur oua & in aqua frigida p aliquot horas cõfracta tencãtur, postea uero coquantur & cum succo aranciorum, punicorumq; & saccaro comedãtur. Gelu ẽt (quam gelatinã uocant) cõ omphacio uel succo punicorum saccaro & rosis confectum conuenit. & caseus recens non salitus, si recte concoquit aliqñ conceditur. ex Sauonarola. hæc de cibis ex arabum schola. Auicenna ex medicamentis hoc exhibet.

R. Plantaginis. amili, gummi, tracacanthi, ana. dr. iij. boli armenij, spodij ana. dr. iiij. s. papaueris. dr. v. rosarum. s. cucurbitæ, cucumeris, portulacæ ana. dr. vi. granorum cytonij mali a cortice depuratorũ. s. peponis, & Mellopeponis ana. dr. vij. succi glycirizæ dr. x. conficiantur cum mucilagine psillij. Gentilis uero huiusmodi parat electu. R. consolidæ maioris unc. iij. conseruæ rosarũ, bublossi, nympheæ ana. unc. s. corticũ citrij conditi cum saccaro candi unc. i. penidiorum unc. ij. succi glycirizæ margaritarũ orientaliũ, ablutarum, iacintorum, smaragdorum, saphirorum ana. dr. s. Vuarum passarum mundatarũ unc. s. Cytinorum. s. papaueris albi conquassati fortiter, boli armeni, coriandri præparati, rosarum rub. quatuor seminum frigidorum, maiorũ & mi-

norum, ana. dr. iij. ſ. acetoſæ dr. ij. Piſtaciorũ. dr. 1. Gũmi arabici, dragaganti infuſorũ p tres horas in aqua nympheæ & acetoſæ ana. dr. ij. oßis de corde cerui intus & exterius purgati nu. iij. ſandalorum alb. & rub. & muſcatellini. ana. dr. 1. Carabæ, ſpodij ana. dr. ij. camphoræ. ſcro. 1. Auri optimi in ſcobem redacti, aureum nũmũ unũ. Carniũ teſtudinũ coctarũ & præparatarũ p uiã expreßionis exiccatarum unc. ij quarũ uice sũmi poſſunt cochleæ, uel gallorũ teſticuli. ſaccari. q. s. fiat electuarũ p bolos, cũ aqua roſ. bugloſſ. & de corticibus citrij. ana. q. s. deaure-tur auri bracteis, & aqua ſtillatitia ex ſanguine humano. Exhibẽtur quoq; ſerapia roſacea, Violacea, de papauere. Arnaldus uero hæc exhibet quæ ipſe experta dicit. R. Hordei mundi. P. 1. ſeminum comuniũ dr. ij. ſucci glycirizæ, berberis, ſebeſtem, amygdalarum dr. v. ſ. maluæ bombacis ana. dr. iij. uiolarũ dr. ſ. roſarum dr. 1. ſ. feniculi, petroſelini ana. dr. 1. ſ. fiat ſerapiũ hoc modo, accipe quã plures teſtudines & ſcinde eas membratim, & proiectis earum conchis, cum uino albo optimo & pauco ſale abluito. deinde coquantur optime in aqua, ſic ut caro ab oßibus ſeparetur. & prædicta addantur omnia. obturetur os ollæ ut fumus expirare nõ poßit, & addito ſaccaro. q. s. fiat ſerapiũ quo utatur cottidie, nam mirũ immodũ conſumptos inſtaurat. laudat quoq; ſerapium de ſucco cucurbitæ. de pſillio, Præparat ſerapiũ hoc pacto. quod mirabile appellat. R. teſtudines nemorales, uel celebella

caponũ, & lauentur cum uino & aqua, conterãtur in mortario, & cũ illis admiſceantur, dulcis radicis & ſuccus eius, roſ. drag. gũmi arab. ana. dr. 1. 5. ſeminũ pap. albi, portulacæ, lactucæ, amidi ana. dr. 5. ſeminũ cucumeris cucurbitæ, mellopeponũ, peponũ añ. unc. 5. ſeminũ maluæ, uio. ana. dr. ij. ſpodij unc. ij. hordei lib. 5. penidiarũ dr. 5. ſem. bãbacis, cytoniorũ, ana. dr. iiij. pinearũ, amigdalarũ, uuarum paſſarum, ſebeſtem, berberis. ana. unc. ij. 5. Ponantur in olla & os cum paſta & argilla obturetur ne fumus exeat, & coquantur ad conſumptionem tertiæ partis, colentur & late admiſceatur ſaccharum & ſerapiũ conficiatur, doſis ſit quantum teſta oui capit, cũ triplici quantitate aquæ hordei: habet idem Arnoldus Clyſtere huiuſmodi ex ſerapione. Accipe caput arietis, & pedes eius, contundantur, ponanturq́; in olla infundatur. aqua. q. s. tritici & hordei mundi, ana. pug. 1. Aneti, Camæmili, ana. dr. 1. uuarũ paſſarum unc. 1. ficuũ nu. x. coquantur ad conſumptionẽ tertiæ ptis, colẽtur, cuius decoctionis accipe lib. 5. butiri unc. 1. olei ſiſamini unc. ij. olei balanini unc. 5. miſce. utere donec humectetur corpus & pingueſcat. dantur quoq; per os zulapia roſacea cum aqua decocta, uiolacea, ex nyphea, & huiuſmodi, unde fit zulapiũ inſtaurans. ex aqua ſtillatitia caponũ uel perdicũ, cum aquis de endiuia, uiolis, lactuca, & ſimilibus & ſaccharo. educitur ẽt aqua ſtillatitia ex cochleis, cancris, teſtudinibus, nõnulli propinant ſanguinem humanũ deſtillatũ qui ſanguis debet extrahi ex cor-

pore iuuenis temperati, daturq; cum triplo aquæ rosaceæ & saccaro. alij educunt aquã p alembicum ex anguillis purgatis lotisq;. cõficiuntur etiã maza panes ex sacchαro, amilo, oleo amigdalarũ dulcium recenti, ex sauonarola. Oleum amigd. dulc. non solũ adipem gignere, sed etiam carnẽ natum est, quia ob dulcedinẽ prompte ab hepate trahitur, et in sanguinem bonũ mutatur, quo partes oẽs abunde nutriuntur, Hecticis & aliter consumptis hac de causa est saluberrimum, quum.n. his facultates oẽs non solæ naturales sint imbecilles, male coquunt, nisi alimentum coctu, & distributu, sit facile. quale est id oleum ob essentiæ tenuitatem coqui paratissimum & distribui, adde quod etiam alimentum dat corpori, quod aliquandiu furori in hectico febrilis caloris resistat ut cremor ptisanæ. ad hæc cum calore sit temperatum omnium intemperiem corrigit, & cum humidum sit, ad secundum ordinẽ, hecticis febribus est saluberrimum, non modo sumptũ sed etiã cum oleo uiolaceo illitum spinæ. ex Iacobo Syluio in Mesuem. hactenus de febre hectica.

De synocho ex putredine.

IN quibus una accessio ab initio ad finem, perpetuo manens in multos dies porrigitur, eas febres συνοχους græci, latini cõtinentes appellant. Ex gal. 9. meth. ca. 2. Tres uero sunt differẽtiæ (non.n. nũc loquimur de synocho absq; putredine quæ ex diariarum est genere) nã quædã earum a principio usq;

ad finē perdurāt æquales, quædā paulatim augētur, tertia species paulatim decrescit, unde homotonæ, in ualescētes, decrescētes appellātur. ex. 2. de dif. fe. 2. Accidit porro continens putrida ubi in omnibus uaſsis, maximis potiſsimum æqualiter oēs putrescūt humores ut docet Gal. ij. meth. ca. 4. & 9. meth. ca. 3. quare hoc genus febris in gracili, & frigido corpore consistere non solet, sed plurimū in ijs qui sanguine abundant, & corpulentis. debent. n. quæ putrefiunt, tum calida, humidaq; esse, tū uero difficilem transpirationem habere, aduertendum tñ non totū sanguinē inuenis putrescere licet oēs humores æquabiliter putredinē sentire dicantur. natura. n. tantum onus ferre non posset, corpus nullo pacto nutriretur, atq; oēs huiusmodi febre correpti necessario perirent, ex sauonarola. addit mōtanus ueronēsis serostatem sanguinis tantū putrescere non ipsam substantiam sanguinis.

Indicia febrium quæ humorum ratione accenduntur, hæc sunt, primū quidē nō inseparabile sed propriū. quia nulla præincipiēs causa eas antecedit, neutri. n. aliorū generū hoc ieſt. ubi quis igitur sine præ incipiente causa cœpit febricitare scire oportet huius causam in humoribus esse. Illud uero quandoq; usu uenit, q̄a aliqua ex præincipiētibus causis, sui ratione febrem accendit ephemerā, subsequitur autē altera ex putredine humorū, q̄ñ q̄ afficitur corpus ad id habile fuerit, hoc est q̄ñ impurum extiterit, ac superflua materia redundans, hæc. n. quum in ephe-

meris immoderatum calorem contraxerit atq; hinc putrescendi principium acceperit, alterã febrium speciem succendit priore desinẽte, initiũ autem a rigore sumere febrem ubi neq; ardor solis, neq; frigefactio ualida præcesserit, qualis præsertim p niuẽ facientibus iter contingeret solet, aut qui aliter in uehementi frigore diutius cõmorantur, proprium & hoc existit signum febrium quæ ex putredine accenduntur humorum non tñ inseparabile, neq; .n. in omnibus inest, quẽadmodum neq; horrores, ipsi.n. non modo nõ sunt ab huiuscemodi febribus inseparabiles, sed neq; ab initio proprij. inæqualitas uero pulsuum atq; caloris siue in principijs siue in augmento contingat, est huiuscemodi febrium generis proprium indicium, non tamẽ & ipsum inseparabile, multæ.n. & sine insensibili inæqualitate incipiunt atq; ad consistentiam accedunt, adhuc autẽ magis neq; hoc est inseparabile quod scilicet, exacerbationes plures, quasi inuasiones habeãt, quod super exacerbari uocamus, sicuti neq; pulsuum afflictatio, sic autem nominant, qñ incipiente accessione, satis paruos, atq; inæquales eosdem habent. neq;.n. hoc ipsum ab hisce febribus est inseparabile, non tñ alicui alteri febrium generi cõmune, sed proprium istarum ac peculiare. sicuti & inæqualitas ipsa, nisi alicuius symptomatis ratione superueniat. sæpius .n. ubi humor aliquis uitiosus in ore uentriculi fuerit aceruatus, qui ipsum aut mordeat, aut refrigeret, par ui simul fiunt, atq; inæquales. & paruitas

quidem in frigidis, inæqualitas uero in mordacibus accidit, at ubi, euomuerit hæc ambo protinus ceſſãt. cum uero ipſe uentriculus omni noxa uacat, ad propoſitum febrium genus pertinet huiuſcemodi pulſus. maximum autẽ eſt earum quæ ex putredine fiũt febrium indicium qualitas caliditatis, nihil. n. eſt in ea benignum neque moderatum, neq; ullo pacto ſimilis eſt ei quæ in ephemeris ſentitur, ſed mordax quodãmodo potius exiſtit, tactuiq; moleſta ſentitur, & quẽadmodum fumus oculos ac nares, ſic ipſa tactum uidetur erodere. ſed in principijs quidem acceſſionum ut in quibus calor adhuc ſuffocatur, ac ſuperfluitates intus ſuccẽduntur, non ſtatim admota manu diſcernitur, at ꝑ morã prædicta caliditatis ſpecies ex penitioribus partibus effertur, quæ appoſitam manum pungit, atq; erodit inſtar medicaminis acris. ea uero eſt putredinis humorũ progenies quæ manifeſte quidem ſentitur, in creſcentibus ac conſiſtentibus febribus, nõ manifeſte autẽ, neq; ſtatim incipientibus. Proprium uero atq; inſeparabile eſt febrium quæ in humoribus accenduntur ſubmiſſionis pulſuum uelocitas, quæ manifeſtius quidem in creſcẽtibus febribus, non obſcure autem incipientibus ac conſiſtentibus fit. comitatur autẽ has febres in initijs quidem pulſus paruus ac uelox, cum uero conſiſtunt, & magnus ſimul ac uelox. ſic & quæ in exteriori quiete, exiſtit, frequentia in huiuſmodi febribus manifeſte deprehenditur cuius ſimilis neq; in ephemeris, neq; in hecticis apparet, maximum ue-

ro, & harum febrium indicium existit cruditas uri
næ, debilis etiam concoctio, proprium est indicium
febrium, quæ humorum sequuntur putredinẽ, neq;
.n. cruda, neq; concocta debiliter in ephemeris ap-
paret. ac earũ quide alterutra seorsum est propriũ
huiusmodi febriũ inditium, simul autem utraq; di
cta secundum distunctionis proloquium omnino in-
separabile. huic. n. febrium generi urinæ primæ uel
omnino crudæ uel debiliter coctæ in principio asso
ciãtur, neq; unquã, magnum aut effatu dignum con
coctionis indicium, in huiuscemodi febribus in pri-
mis urinis apparet, si excipiamus eã quæ fit ex ephe
meris febribus permutationem, de qua a nobis an-
tea dictum est. præter prædicta autem propositarũ
febrium indicia, contingit etiam eo tempore quo ac
cesio consistit, casum aliquẽ febris ardentis appare-
re. quod si etiam casus se ostendunt, qui in febri-
bus hepialis & liparijs appellatis sicuti & qui in he
mitritæis aut succẽsiuis, aut in quapiã alia huiusce-
modi febre uideri solẽt erunt quidẽ propria huius
generis febrium quæ ex humorum putredine accen
duntur, indicia, non tamẽ inseparabilia, atq; iccirco
ubi ipsa non adsint, ex alijs dignoscere licet, quod si
affuerint, nõ solum ad genus huiuscemodi febrium
pertinebunt, sed etiam aliquam earum speciem indi
cabunt. & quidem si post febris declinationem inte
gra non successerit integritas, siue cum sudore siue
quouis alio modo declinet. ex duobus alterum uel
permutationis est argumẽtum, si oĩa quæ præcesse-

rint febrium ephemerarum fuerint indicia, aut si nulla ex his fuerint, statim, ab initio febrem aliquã, ex his quæ putredinẽ humorum sequuntur, inuasisse indicatur, Hæc de signis febrium ex humorum putredine succensarum generatim dicta sint ex Gal. 1. de feb. dif. ca. 7.

Qui uero synocho febricitant ijs & pulsus maximus fit, æqualis & uehemens, quibus etiam arteriæ consistentia, nec durior quã pro natura, est, nec mollior, celeritatis tamen frequentiæq; eo puenit, quo febris ipsa magnitudinis. insunt quoq; putredinis notæ tum in lotio, tum pulsu, tum caloris ingrata qualitate. 9. meth. cap. 3.

Præsagium.

SYnochus increscens deterior est alijs, & raro fit in ipsa bona crisis. ex sauon. non admodum formidandæ sunt continentes febres nisi aliquod pessimum symptoma ipsis adijciatur, non tamen omnino tutæ sunt, putrescente. n. subtiliori sanguinis pte periculum est ne pars altera insiciatur, quod esset fere perniciosum.

Historia.

SEruus quidam haud inexercitatus quidem, cæterum in palestra parum uersatus quum toto die multum laborasset, deinde lauatus paucula comedisset, cœpit nocte febricitare, totum etiã cõtinuans sequẽtẽ diẽ, hunc nos post secundã noctẽ uidimus, in cæteris quidẽ oĩbus alteri iuueni qui synocho nõ pu-

trida laborauerat similiter affectũ, uerũ putrescentium humorũ euidentes præbentẽ notas, itaq; uena quoq; huic protinus incisa, usq; ad animi defectũ uacuauimus, quod maximũ plane, ubi ualentes uires sunt, continentiũ febrium est remedium. id quod tũ ratione tũ experientia didici, primũ nanq; in contrariũ statũ agitur corpus, celerrime ex animi defectu refrigeratũ, hoc uero nemo inuenire potest, neque quod ipsis ægris, neq; quod naturæ quæ animãtes gubernat, iucundius, utiliusue sit, postmodũ in huiusmodi corporibus necessario superuenit alui deiectio, nonnunquã uero bilis uomitio, quas res statim a toto corpore madores, sudoresue excipiũt, Post id idoneo interposito spatio, cibauimus primum mulsa, deinde una interposita hora ptisanæ cremore. atq; oĩa intra quintã acta sunt horã, quũ aũt similis sibi perseueraret febris, synochũ eã fore ex putredine expectauimus, itaq; accidit, quippe cũ eã secunda noctis hora, pari magnitudine cerneremus, tertiæ diei accessionẽ futura ne esset an secus diligẽter obseruare uolebamus, cuius in septimã horã noctis suspicio erat. itaq; cũ summo mane superuenissem inueni qđ expectarã, nã nec tertiana inciderat accessio, febrisq; remissior paululo quã uesperi fuerat, apparuit, ut aũt rursus, hominẽ meridie uidi. eratq; iã certissimum & febrẽ decreuisse, & synochon febrẽ esse, sed quæ decresceret, satius uisum est tũ quoque hominem similiter nutrire, quarta uero exacta nocte, manifeste minor etiam quarta die erat. quo

rursus quoque ad eundem modum homine cibato, aduertimus tum illo die toto, tum quæ hunc sequuta est quinta nocte, magnitudinem remittere sic, ut quinto die liquido plane appareret minor esse febris quã ante, itaq; ad portionem minuentis se febris, urinæ quoq; concoctio pcesserat, eratq; haud obscurum septimo finiendã. quod ita plane. factum est. Gal. 9. meth. ca. 4.

Methodus curationis.

QVi ita laborant si recte curabuntur ijs sanguinis mißio est adhibẽda, qñ quibus corpus ex succorum abundantia inhabile ad transpirationem iam redditum, tantum caloris congeßit, ut inde iam febricitet, ijs tantum sanguinis est detrahẽdum, quantum uires tolerant, pro certo quoq; habẽdum nisi ijs qui hoc p naturam sunt habitu, id adhibeatur præsidium, fore ut uel suffocentur, uel certe syncope præhendi omnino periclitentur, nisi eos uel uirium robur, uel plurimus sudor, uel largum sanguinis profluuium a morte uindicet. at illud uel me tacente constat, non esse nunc nobis de ea abundantia sermonem, quæ ad uirtutem comparatur, uerum de ea, quæ contineri a uasis ultra non ualet, quæq; ob id ipsum tum perrumpere uasa, tum recludere solet, reliquaq; modo dicta symptomata inducit, obstructionem, distentionem, tumorẽ, ruborẽ, de hac inquã mihi omnis sermo tum habitus est, tum uero nihilominus habẽdus, si quidem copia hæc dum bo-

nitatem

nitatem suam seruat, ut pariter augeri cum robore uirium est nata, ita si qñ has grauat, nec de cætero augebitur, & bonitatem naturæ amittet, at si non amplius a natura regatur, fieri nequit ut non putrescat, qñquidem nec aliud ullum ex his quæ foris sunt, humidum calidumq; corpus manere imputrescibile cernimus. Ergo festinare ad sanguinẽ detrahendum oportet, quo uasorum natura ex trãspirando, uẽtilandoq;, naturalem temperiem seruans, humoribus eo quo inter initia modo dominetur, qñ si ad intemperiem uersa laborabit, metuendum est ne hi putrescant. excitatur autem intemperies in ea ex febris calore, quẽ si qñ rudis quisspiam medicus auxit, non uacuata stipationis causa, in incerto reliquũ omne remedium est: ubi nanq; emitti abundãtia, postulat, calor autẽ refrigerari, pugna discordiaq; inter ipsa sanãdi oritur remedia, scilicet ijs, quæ refrigerent, quãuis tẽperiẽ naturæ concilient, saltem abundantiam intra corpus detinẽtibus. quæ uero rarefacienda cute hanc educant omnibus calfacientibus sic ut si abundautiam emittere uelis, febrem augeas, si febrẽ refrigerare abundantiã moreris. in hanc consilij inopiã deueniunt, qui statim a principio non uacuarũt. optimũ igitur factu est (id quod nos semper in re quaq; facere uidisti) statim non numero dierũ sed uni uiriũ robori, in febribus eius generis attentũ esse. quippe ꝗ si seruatum est non solũ, sexto, septimoue, sed etiam sequentibus diebus sanguis est mittendus. quod si curare alqñ infirmũ co-

geris cui non solū antea secandæ uenæ remediū prætermissum est, sed nunc quoq; uel p medicorū ignorantiā uel ipsius laborantis, propinquorumq; eius timiditatem procedente tempore mittere sanguinem prohiberis, ad frigidā exhibendā. accedes (idq; non ante notas concoctionis) sed diligenter antea discernens quantum ex ea nocumentū contingere poßit nā si id aut exiguū, aut nullū, offerenda potui est, quæ pura frigida sit, quantū bibere ægro libet, quinimo magis id audebis, si frigidæ potioni insueuerit. sin magnū timetur incomodum, ab hac quidē abstinendum, atq; alijs auxilijs quibus obstructio eximatur, & abundātia uacuetur, & febris feruor deferbeat utendū. Porro incōmoda quæ frigidā potionē intēpestiue, immodiceue exhibitā sequuntur, in his consistūt, q lentos, crassosq; humores, siue hi obstructiones, siue putredinē, siue phlegmonē siue qualis erisipelas, aut scirrhus, aut ædema est, affectū creuauerint, attenuari digeriq; prohibent, ergo quoties ex his febris accenditur, atq; ad eos uacuandos frigida data non conducit, ad præsens quidē non paruū affert leuamē, propterea quod iā accensam febrē extinguit: uerū quū causa eius adhuc pstet, aliā denuo accendi est necesse, atq; ea quæ præceßit nonūquam difficiliorē, ppterea qđ dēsatū ex frigida corpus est atq; hæc una noxæ species est minime cōtēnenda. altera talis est, multæ laborantis imbecillæ particulæ, siue ita se ex naturali intemperie habeāt, siue ex uitio ascititio a frigida læduntur. alij nanq; gula adeo

uehementer est affecta, ut uix deglutiret. Alij uentriculus sit, ut uix concoqueret. alij ipsum uentriculos, aut iecur, aut colon, aut pulmo, aut septũ transuersum, aut renes, aut uesica, aut tale quippiã aliud a frigida percussum, ad propriũ opus infirmũ est redditum, nõnulli autẽ ex intẽpestiua immodicaq; eius potione, non multo interposito tempore, nec postmodum sed illico, difficultate spirandi, & cõuulsione, & tremore corripiuntur, ac toto (ut semel dicam) neruoso genere lædũtur. nec ignoro quod formidolosum te ad frigidam offerendã ijs quæ memoraui redderem, nisi ea me usum subinde attestarer, semperq; cum successu, nec ægrũ in ullo manifeste lesisse. quibuscunq;. n. ĩ principe pticula tumor aliquis, .e. phlegmones, ædematos, aut scirrhi genere constitit, ijs frigidã offerre non oportet, sed nec ijs quibus obstructio, putridusue humor non concoctus incommodat. quod si euidentes percipis absq; iam dictis tumoribus concoctionis notas, illud duntaxat estimabis sit ne pars aliqua temperamento adeo frigido ut in hanc noxa procumbat. Porro Erysipelas, quod uerum erysipelas sit, non aliter sanaueris. at si mistũ cum phlegmone sit, in hoc concoctionis expectandæ sunt notæ, minus etiã tuta est ijs qui exiguũ sanguinẽ carnẽq; obtinent, frigidæ potio, celeriter nãq; ad solidas animalis peruenit partes, nulli quod eius uim frangat occurrens. Maxima igitur continẽtium febrium remedia hæc duo sunt, detractio sanguinis et potio frigida, uerum illa nullo non tẽpore,

modo uires sustineant, hæc cum & in pulsu & urinis, concoctionis euidentes cernuntur notæ, febris autẽ est maxima, Attendenda uero cum uenæ secandæ indicationibus sunt, tũ quæ eã præcedunt, tum uero quæ omnino excipient, nam si præcedat ciborum cruditas, tanto tempore differre uenæ sectionẽ iubebis, quantum satisfacere, tum ad eorum concoctionẽ, tum ut excrementa descendãt, uidebitur, sin sequetur necessario uacuatio quæpiam, tantum illi de eo quod superfluum est, relinquendum, quantum est per eã uacuandum. itaq; si tempore mittendi sanguinis menses moueri contigerit, siue etiam hæmorrois sit reclusa, si inspecto fluentis impetu, ipse satis fore uidebitur, qui solus quod requiris uacuet, naturæ rem omnẽ permittes, sin minus tantum ipse detrahes quo ex coniunctis ambobus perficiatur quod postulas. ueluti autẽ in his ad ipsam naturalem uacuationẽ quæ sensu usurpetur, non leuiter attentum esse oportet, ita alibi uel ad naturã ipsam, uel ætatẽ uel cæli statum, sunt.n. nonnulli ad exhalandos digerendosq; corporis succos natura propensi, pueri certe pp ætatem perpetuo, cæli uero status ubi calidus nimium est & siccus, uoco cæli statum ipsam ambiẽtis nos aeris temperiem, sub qua, & anni tempus et regio cõprehenditur, qñ horum quoq; utrumq; ex ambiẽtis temperie indicationẽ mutuatur, propensi autem ad digerendos corporis succos sunt, quicunque natura sunt humidi, magisq; si accedat caliditas. Præterea qui raro corporis sunt textu, Ad hæc qui-

bus os uentris aut amara bili abundat, aut imebcillũ est, aut supra modum sensile. Atque hi quidem scopi sunt, qui sanguinẽ detrahendũ dehortantur. qui uero simul indicãt, una cum affectu cuius causa primũ requirebatur, habitus durus, densusq́;, et uno uerbo qui haud facile digeritur, tum ambiens humidus frigidusq́;. sane merito sanguinem mittendum adhortantur, quædã dehortantur, nã ipsius scopus est euacuatio. At eorum quæ cõprehensa sunt quædã transpirationes morantur, quædã promouent, & quædã ad euacuandum prõpta sunt, quædã secus. sane transpirationẽ corporum prohibent, tum meatuũ stipatio, tum circundãtis nos aeris humiditas, et frigiditas, contra promouent ea quæ his sunt cõtraria. Eorum autẽ quæ uacuantur quæ calida humidaq́; ac tenuia sunt, ea celerrime digeruntur, cõtra q̃ crassa Glutinosa, & frigida sunt, ægre transpirãt. Atque hæc quidẽ ad rẽ propositã de mißione sanguinis, ac frigidæ aquæ potione nõ ignorasse expedit. quarum utranque metuentes non paucos medicos uidisti, utique imperitos. ex. 9. meth. ca. 5.

In his febribus facilis toleratio & consuetudo spectari debebunt, qñ cibus illis eo tempore est offerendus, quo melius quã prius se habent, eoq́; potißimũ diei tẽpore, quo prius in sanitate cibari erãt sueti. Etenim facillime cibũ ferent si ex his cõsiderationibus assument. 2. met. ca. 5. Post duas igitur a sectione horas ptisanæ cremorẽ exhibebis, quietemq́; imperabis, ubi a somno excitati fuerint, rursus ptisanæ

cremor exhibendus, In hac uictus ratione usque ad tertium diem persistendum idq; si uires robustæ fuerint, sin contra haud sine ingenti dispēdio uictus tenuis exhibetur. sed adiici ad nutrimenta tantū oportet, quantum est de robore uirium imminutum.

Sauonarola in huiusmodi febribus statim clystere imperat lenitiuum ut ipse appellat ex beta, malua, matre uiolarū et huiusmodi, postea uenā secat, post uenæ sectionē nisi corpus sufficienter refrigeretur lib. unā aquæ hordei, cum uncijs tribus zulapij uiolacei exhibet, post duas horas uictū instituit qualē morbus, causa & aliæ indicationes expostulāt. hæc si non sufficiant, eodem die iterū portionē sanguinis aliquā educit, & aquæ hordei lib. 5. propinat, sitiq; deinceps molestante aquā decoctā cū uino granatorū cōcedit, zulapiū quoq; rosaceū, cū aqua acetosæ, uel endiuiæ, & huiuscemodi ut in Vlpiano quem curauit apparet.

Galenus autem. ij. meth. ca. 8. cum iterum putredinis tollendæ methodum indicaret, ita dicit. Ergo ordiamur ab eo q̃ primū in diuisione indicans fuit. Ea erat humorum putredo, Ac consideremus quibus maxime scopis quibusq; indicationibus usi, curationem eius inuenire poßimus, principium uero inuentionis ipsa erit rei natura qua de agitur, etenim id quoq; demonstrandi methodis didicimus. quæ nam igitur est putredinis natura? nēpe mutatio totius putrescentis corporis substantiæ ad corruptelam a calido externo, nō. n. profecto a proprio calore cor=

rumpitur quicquã, imo contra prorſus quicquid in rebus ſubſiſtit. id augetur, roboratur, ſanũ eſt, ac ui uit, dum proprio calore regitur, ueluti nimirũ ipſa animantium corpora, tametſi plurimã ſubſtantiæ ſuæ portionẽ humidã & calidã ſunt ſortita magnũ tñ annorũ numerũ ſine putredine, ac ſana uiuaq; exi gunt, ſi ſeruetur ut monſtratũ eſt eorũ proprius calor, in cordis quidem corpore p reſpirationem, in reliquis omnibus partibus tũ p cõmunitatẽ quã ha= bent cũ corde, tũ p aliã quãdã reſpirationis ſpeciẽ, quæ p totã agitur cutẽ, & tranſpiratio, pſpiratioue dicitur. his uero læſis una etiã naturalis calor lædi= tur, Alter uero quidã alienus, ac præter naturam in corporibus excitatus, primũ quidẽ ipſos ſuccos pp humiditatẽ, & putrefacit, & corrũpit, ſpatio uero tũ adipẽ inuadit, tũ carnem, tanquã igitur in ijs cor= poribus quæ non uiuũt, ac putreſcũt, primũ quãtum eorũ iã cõputruit, ſeparãt, dein ei quod reliquũ eſt, in frigidũ aerem ſublato, perſpirationem refrige= rantem moliuntur, ita utiq; & putredinẽ, quæ in ui uis eſt orta ſanabimus, id ſcilicet quod iam corruptũ eſt oĩ ratione uacuantes, quod reliquũ eſt modera= tis motibus & refrigerãte perſpirante ad exactam ſymetriã reducentes. ac uacuationẽ quidẽ illius p uri nã, deiectiones, uomitũ, ac ſudores moliemur, poſt hanc dimotiones mediocres una cũ ambientis bona temperie, adhibebimus, quẽadmodum autẽ horum quodque recte adminiſtrandum ſit, paulopoſt æſti= mabimus nunc ad ſecundũ in diuiſione tranſeamus,

nempe queadmodū quis, causæ quæ putredinē excitauit adhuc manentis remediū facillime inueniat. est autem neq; in hoc difficultas ulla, quippe cū p cōtraria tollatur, Itaq; quoniā transpirationis prohibitio putredinis occasio fuit, hanc arbitror summouere oportet, at ea cū uarijs generibus est orta, et den satis exiguis meatibus, et constrictis corporibus et humoribus tū abundantia, tū craßitudine, tum lentore suo obstruentibus singulæ harum affectionum p contraria curandæ sunt. densitas p ea quæ rarefaciunt, constrictio p ea quæ fundunt, abundantia per ea quæ euacuant. craßitudo per ea quæ dissecant, & lentor ijs quæ detergent. at siquidem totum corpus dictorum iam singula occuparint, etiam toti corpori per contraria est succurrendum, sin unam partem quampiam putredo inuaserit, illi adhibenda iam dicta sunt remedia, sed de ceteris alias: nunc de ea putredine quæ totū corpus occupat, quæq; synochos febres excitat, sermonem faciemus. Ergo a corporibus quæ sic afficiuntur, expellenda quæ putruerunt, p urinas, & aluū, & sudorem sunt. q, si ad os uentriculi aliqn̄ sua sponte impetū faciant, etiam p uomitiones, aliter autē non est q, eam præter naturā irrites. ac eorū quidē quæ iam dictas uacuationes promoueant, non parua materiæ copia est, sed maior eorum portio cum calida siccaq; facultate sit, febrē auget, itaq; deligenda medico sunt ea, quæ citra calfactionē siccationēq; ualentem, supra dictas uacuationes præstent, cuiusmodi sunt cremor ptis-

ſanæ, & aqua mulſa, & oxymeli, & apomeli, et apij radix in aqua quæ potui datur incocta. hæc autē ipſa uentri quoq; ſunt idonea, qui ſi nihil reddat, inijcienda per clyſterē aqua mulſa cū oleo eſt, ſane totum corpus priuſquā id uacuaris rarefacere nō expedit, ubi uacuatū eſt utiq; licebit id medicamento aliquo cui calor tepidus inſit rarefacias, cuiuſmodi eſt ꝙ ex chamamelo conficitur. in hoc tēpore ſi uinum quoq; aquoſum bibatur, id omnes uacuationes promouerit. idem faciat & tēperatum dulcis aquæ lauacrū. Cæterum ubi magnitudo febris obſtat, ſicuti in ſynochis, nec uino eſt utendum, nec lauacro, nec ijs quæ habitū rarefaciant unctionibus, ſed aqua frigida ſicuti prius diximus pota ī his febribus eſt aptiſſima. niſi tamē aliquid eorū quæ prædicta ſunt hāc quoq; prohibeat, quippe ipſius febris frigida pota perpetuo eſt remedium, non tamen putreſcentium humorum ꝑ aluum, urinas, uel ſudorem, uacuādorum, quo magis exercitatum eſſe in ijs quas nūc tradimus methodis oportet, ac in ægrotantibus conſiderare & quæ ſint ipſius febris remedia, & quæ ipſius ubi per ſe ſola ſubſiſtit putredinis, quæ rurſus efficientis hanc cauſæ, atque huius quoq; quū per ſe ipſam ſubſiſtit. quippe non ſemꝑ inter ſe cōſentiunt hæc oīa, ſed plerunq; aduerſantur, quo caſu memores eorū quæ didicimus, id quod maximum omniū eſt aggredi oportebit, atq; ei uel ſoli, uel magis quā cæteris ſubuenire. ſane ſcire licet difficile eſſe, acriq; iudicio indigens febrem, putredinē, & Effectricem

causam, ubi scilicet ipsa quoq; adest, inter se confer re. difficilius tamen est si uires quoq; cum illis una conferre uelis: quod utiq; sicut ante cōprehensum est pp uitæ ipsius respectum semper est necessariū, ali= quando uero & ex accidenti sicut ad morborū sa= nationē, hoc uero me ostensurum promisi, siquidē quod putrescit si uestis esset, aliudue inanime cor= pus, utiq; ex ijs duntaxat quæ prædicta sunt indica= tionem caperemus, nunc quum in uiuente corpore putredo concipitur, quod tū alterare potest, tū con= coquere, tum utile reddere, quicquid putrescentium ueluti semiputrescens, semimalumq; est, utiq; facul= tatē eius qua naturaliter cōcoquit excitans firmāsq;, quæ putrescentia sunt sanabis. itaq; etiam tum ma= xime eos cū fiducia, uel in balneo lauamus, uel ijs quæ habitum rarefaciant medicamentis utimur, uel aquā frigidā uel uinū bibendum damus, quū notas humo= rum concoctionis cernimus. neq;. n. pulsus duntaxat uires ad eiusmodi agenda firmas requirimus, ueluti nec eius facultatis quæ uoluntarium motū præstat, sed ipsius potius concoctricis. Ergo si & uires cun= ctæ ualentes sunt, & febris ardentissima, & conco ctionis notæ plane euidētes, frigidā homini dare au dacter debebis. constat nanq; talem hominē senem non esse ex quo oēs illi uirtutes ualentes esse propo= suimus quod si etiam bona corporis habitudine sit, tum status cœli calidus, ac siccus, etiam si infrigidā natationem hunc dimittas, haud quāquā lædetur, eiusmodi nāq; temporis oportunitate usi, qui sese in

frigidam coniecerunt, protinus quidem oẽs sudarũt, & non nullis eorum aluus biliosa reddidit. at si mediocris est febris, & uires non ualidæ, sed cum notis concoctionis, ijs qui ita se habent, balneum prodest, & uini potio, tum uero ex unctionibus eæ quæ rarefaciũt, idq; multo magis quum ambiens est frigidus, neq;.n. aut frigidam in balneo lotionẽ, aut frigidam potionem, in eiusmodi cœli statu fere expetũt, ut pote inspirationibus assidue refrigerati, quũ si qñ infrigido ambiente uehementer uri ægrotum contingat, exigua salutis eius habenda spes est, si uero nec concoctionis habeat signa, nec uires ualidas seruari is plane non potest.

Blasius autem astariensis, uir non plane ineruditus, hæc habet in cura huiusmodi febrium: primo requirit aerem qui ad frigidum & siccum inclinet, ptissanã exhibet hordei, uel panatellã ut uocãt, uel etiã amigdalatum nisi adfuerit profunditas sõni, concedit lactucã, oxylapatum, spinachia, endiuiã, cucurbitas cum aceto alteratas carnẽ quoq; indeclinatione, & quocunq; tempore præsente uirtutis imbecillitate, ex fructibus pruna matura natura ægrotãtis existente sicca, uel mala punica acida si non fuerit sicca, aquã hordei propinat, uel uinum granatorũ, uel aquã fontanã decoctam cum zulapio ros. uel uiol. uinũ non nisi indeclinatione, nisi uirtuti subueniendum sit. quietẽ imperat, lectum laudat ex corio uẽtipleno, linteamina assidue mutari admonet, sub quibus pelles teneantur, lecto non existente ex corio.

Post uenæ sectionē exhibet serapiū acetosum cum aqua endiuiæ, quod si uena secari aliqua ratione nō possit, cucurbitas cum scarificatione apponit, sanguinis putrefactionē remouet succo punicorum malorum, & arantij. Post hæc ad corporis rarefactionē frictiones commendat, exhibitionemq; serapij acetosi, cum aqua end. & adianti, uel cum aqua radicū feniculi, uel apij hortensis. idq; in febris declinatione ijs uero quæ refrigerant, & febrilem Calorē extinguunt deinceps utendum docet. Landulphus post sectam uenā bilē flauā huiusmodi medicamēto educit, R. mirabol. citri dr. vi. contundantur & infundantur in aquis endiuiæ, lupu. & fumiterræ ana. q. s. cum modico pass. uel dragagā. & post. is. uel. 20. horas fiat leuis expræssio, cui addatur caßiæ nuper extractæ dr. yi. uel Diacatholiconis unc. 5. fiat potio quæ recipiatur in aurora. ad prohibitionē putrefactionis præter ea quæ dicta sunt, habet ipse oxisaccara, serapium de omphacio, ex berberi, ex succo limonū, urinā prouocat hoc pacto, R. serapij acetosi. s. unc. 1. 5 . lactis ex quatuor seminibus frigidis cōmunibus maioribus, detracti unc. ij. decoctiōis radicum endiuiæ unc. iiij. misce. sudorē prouocat . unc. vi. uel yiij. aquæ hordei calidæ cum aliqua saccari portione cum libet, ægrotum postea cooperit, uasaq; plena calidæ aquæ circa coxas, dorsum & hypochōdria apponit, ut sudor facilius eliciatur. Auicennas præter hæc oīa in fine huius febris comendat trociscos de camphora, & de spodio in potu, bonos quoq; di-

cit hos esse, qui sic parantur, R spodij. dr. iij. seminis portulacæ dr. v. sem. cucume. dra. iiij. s. cucurbitæ dr. vi. Gummi, dragagãti, amili, ana. dr. iij. succi glyciriZæ dr. vij. fiant trocisci, Hæc ille. Arnoldus de uilla noua, fronti apponit epithemata, ex sand. al. et rub. & aqua ros. & huiusmodi. & petias in huiuscemodi liquore intinctas cordi applicat. uel inungit ex populeõ, oleo ros. succo solani, sed, ad extinctionẽ sitis præfert serap. de psyllio, & linguam lauat isto mucilagine, impleatur, inquit, sacculus lineus mediocriter tenuis, semine psylij uel saltem contrito lini semine, & ponatur in aqua frigida, & cum ipsa aqua mucilaginẽ quandã fecerit, cum ea lauetur lingua. q̃ si insomnia molestauerit pedes lauat & crura, in aqua in qua myrtus, uiolæ, maluæ, salicis frondes, lactucæ, hyosciami, & papaueris cocta fuerint, hac ille aqua non tantum pedes sed & manus, & tẽpora, & pulsus lauat, nec his contentus, aliquid etiã fronti ac temporibus illinit quod ad alliciẽdum sõnum faciat qualia multa dicẽtur cũ dephrenesi tractabimus exhibet micã panis ter uel quater lotam in aqua frigida, una cum saccaro comedendam. & si xiij. die morbus nõ terminetur dr. 1. Rhei barbarici in serapijs de psyllio sem. comuni. cap. uen. & uiolaceo purgat. Trociscos uero de spodio non dat nisi in fine febris qñ adest fluxus qui ueniat coercendus. Leonellus fauentinus facta uenæ sectione sanguinẽ his medicamentis repurgat, R. Cassiæ nuper tractæ, unc. s. Electuarij lenitiui, diaprunis solutiui, ana. dr.

iij. Electuarij de dactilis dr. 1. dissoluantur in decoctione florũ & fructuũ & fiat potus. pro nobilibus uero sic. R. Rhei barbarici electi dra. 1. spicæ. g. iij. fiat infusio secundũ artem in aquis endiuiæ, boraginis, acetosæ, ana q. s. deinde fiat fortis expreßio, cui adde diacatholici dr. vi. Electuarij de succo rosarũ, diaphænici, ana. dr. 1. 5. dissolue in decoctione florum & fructuum fiat potio.

De Febre continua.

DIffert Continua febris a continente, nam in cõtinẽte nulla fit feruoris remißio, cõtinua uero in singulis acceßionibus remißionẽ sensilẽ obtinet, cõtinẽs unicã tantũ, acceßionẽ habet, cõtinua uero plures, cõueniunt aũt in eo q̃ neutra earũ, ad in febricitationẽ pueniit, Porro græci medici ut hãc statuerẽt differẽtiã solæcismũ potius cõmittere uoluerũt, quã formã ipsarum febrium sine nomine relinquere. altera. n. illarum συνοχος, συνεχυς altera nuncupatur, ut. 9. met. ca. 2. Gal. docet. & de feb. diff. Sunt autem continuæ febres eiusdem generis cũ intermittentibus, eiusdem autem generis dico cum tertiana exquisita febrem ardentem exquisitam, & cum cottidiana, eam quæ cottidie exacerbatur, & tamen non intermittit, nam & febris ardens omnes alias exquisitæ tertianæ notas seruat, differt uero q̃ cum rigore non irruit, neque intermittit, & quæ quottidie exacerbatur similiter omnes notas habet, cum quotidiana, in eo uero quod non intermittit eiusdem cum illa generis est. & sic de cæteris

iudicandum, ex Aetio. Fit autem continua febris ubi unus duntaxat humor intra uasa putrescit, cuius quidem tres sunt differentiæ iuxta humoris in uenis putrescentis diuersitatem, si enim flaua bilis intra uasa putrescat, tertianam continuam quæ alio nomine ardens appellatur, efficere solent, sin pituita, cottidiana continua generatur, si atrabilis, quartana continua, ex Fuchsio. signa manifestißima sunt, nulla enim continuarum febrium peruenit ad infebricitationem, donec ex integro desierit. Porro necesse est qui illas curare uelit putredinem inhibeat, ita duæ statim se indicationes exhibent, quarum altera a febri, altera uero a putredine sumitur Atque a febre rursus duæ scilicet ut portio febris quæ iam accensa est percuretur, quæ uero in generatione est, inhibeatur. aliæq; duæ a putredine ut & quod putredinis iam factum est sanemus, & q in generatione adhuc est sistamus. quod in generatione est id perspiratio impedita facit, ita ad hæc quoq; duæ aliæ indicationes nascentur, tum ut q retentum est uacuetur, tum q retinẽdum est prohibeatur, sane prohibebitur ijs præsidijs quæ obstructioni medentur, huius rursus obstructionis q iã occupauit sanandum est, q futurũ est propulsandum. at curabitur quidem obstructionis q iam factum est per ea quæ obstructa liberant, propulsabitur q futurũ est si effluxũ obstruentiũ succorũ cõpescamus. Vnde satis liquet, q ultimũ in ipsa resolutiua methodo est inuentum id primum omnium in

Causæ.

Signa.

Curatio.

curatione esse peragẽdum, ex. ii. meth. ca. 10. quum itaq; particulatim rem expendentibus quinq; sint in febribus continuis a quibus indicationes colligitur, febris nimirum, putredo, perspiratio impedita, obstructio, humorum obstruentium copia, a postremo curandi ratio auspicanda est. copia igitur humorum requirente euacuationẽ principio si nihil obstiterit sanguinem mittere oportet. ex fuchsio. Vacuata igitur prius multitudine ad curandam obstructionem accedamus iis medicamentis, quæ obstructiones expediant, Verum quoniã horum plurima calida sunt, metus est ne tum putredinem, tum febrẽ augeant, itaq; iis quæ citra calorẽ obstructiones liberare ualeant utemur, ubi autem quæ obstruunt, detersa dissectaq; sunt, per aluum, urinas, & sudorem ea uacuare tentandum quum uero materiæ quæ hæc efficiant, etiam calidæ sint, necesse est interea, tum putredinem augeri tum febrẽ, quare quoad licet, id agendum, ut quæ minus calfaciat, materia deligatur, aut si qua inueniri potest, quæ non calfaciat, quẽadmodum in hoc casu balneum, utiq; ea est petenda. hoc uero tempore etiam uires roborare quo & putredinem superent, & succos concoquant studebimus, quod uero febris ipsius iam accensum est, id refrigerabimus, ii. meth. ca. 10. hoc pacto græci medici continuarum febrium uniuersalem docẽt curationẽ, arabum uero sectatores ut sauonarola separatim de unaquaq; continua febre pertractant, & aliam tertianæ cõtinuæ, aliam uero quottidianæ

continuæ

continuæ curationẽ adhibent, quorum placita ut nihil desideretur in hoc libro, cõpẽdio recensebimus. Auicennas meminit tantum de cottidiana cõtinua quã laticã appellari dicit, quã dicit eodẽ curari modo, quo intermittens cottidiana, nisi q. in continua magis formidat calidiora, quare exhibet, scrapium acetosum, oxymel, zulapium ex melle & eius aqua, & ex aqua fæniculi, apij. atq; inter experta medicamenta istarũ febriũ hoc esse affirmat, R. ros. dr. vij. succi dulcis radicis, fumi terræ, spicæ, ana. dr. iiij. mastiches dr. iij. succini, dr. iij. anisi dr. ij. preparẽtur. & istud. R. trocis. eupatorij, dr. iiij. ros. dra. 1. scrop. 1. spodij dr. ij. s. Brudus uero lusitanus in eo quẽ de febricitantium uictu inscripsit uolumine de hac febre sic scribit, in febre phlegmatica quã arabes laticam dicunt, humidi natiui multũ exoluitur, cibũ ideo multi nutrimenti dare oportet. corpus humiditate madefaciẽte & laxãte affectũ est ab humore frigido & humido, sed ob putredinẽ calido effecto, unde nõ aliter ab hac febre corpus q̃ pars aliqua ab occursu aquæ ebulliẽtis, afficitur, cibũ igitur conuenientẽ ijs qui hac detinentur febre actu frigidum & siccum esse oportet, potẽtia autem humidũ. hoc autẽ est ut humiditatem madefaciẽtem exiccet, & ut corpus ab humido innato exolutum reficere ualeat. & ut laxa membra induret, hoc autem difficile est in simplicibus inuenire. quapropter sorbitionẽ ijs ita parabis, phasianum iuuenẽ, aut pdicem aut hædum (hæ. n. ex carnibus ijs optimæ sunt) coquito

cum radicibus cichorij petroselini, passulis, tenerrimis lupulorum cimis, & corticibus citri, cauliculis altilis cardui, quē scolymō esse dioscoridis putāt, simul coquantur, ex iure fac sorbitionē cum pane. dictā herbā cum capo, aut pulla, si simul coquas si phasiani aut perdicis copia non detur. idoneū illis parabis cibū, carduus humiditatē madefacientē, laxantē maxime remouet, membrū laxū indurat, idq; citra humidi natiui absumptionē, ad hæc aperit, & urinā prouocat, & in altum penetrat, q̃ ad huius febris sanationē expetendum est, humor siquidem ad minimas est corporis particulas dispersus, unde crassam urinā copiosamq;, & sudorem duo esse huius febris remedia ratione quis arbitrabitur, tres ergo simul incoquēs cauliculos cardui, sorbitionem facito, quā febriciianti ministrabis ubi oportet. ex carnibus id q̃ maxime tenerum sit, & facile ab ægrotante capi poßit, exhibeto, nec prætermittendum solā hāc febrē ex humoralibus indigere uictū, qui maxime uirtutem corporis augere poßit, more hæcticæ febris cui ualde aßimilatur, in illa. n. caliditas præter naturam totū iam occupans naturalis similitudinem acquisiuit. sic humor huius febris p totum ad minimas usq; partes dispersus more naturalis humiditatis, natura eius coctionem, separationem, aut expulsionem non curat. sed eū obmiſtionē ad minima cum naturali humiditate seruat. unde hos nec euacuatione uētris, aut fluxu sanguinis sanatos uidemus. quinimo si sponte aut a medico imperito aluus mouea=

tur, peiores redduntur. quod si aliquando diu manet, euacuato bono simul cum malo, separatione non facta moriuntur. quapropter scopus curationis in ijs fuerit, eos more hectici nutrire. oportet. n. totum id quod in ijs de humiditatibus est superfluis, sensim absumere, ciboq; salubriores inducere, qualitatesq; humoris quibus corpus affectum est, contrarijs successiue euertere. & quia huius febris curatio a uictu ut diximus maxime dependet, libet sermonem longiorem facere. ijs qui cum imbecillitate uirium hac febre detinentur hunc ministrato cibum. perdicis secũdum cõplementũ assæ succum ad æquales portiones cum uino albo, decoctionis radicũ plantaginis, misceto, febricitanti ieiuno stomacho exhibeto. fac ut modicum sudet. idem e phasiano efficere posses. quod si carnes perdicis aut phasiani digerere nõ ualeat, ipsarum succus postquã complete assæ fuerint, diligenter p linteum expressus, cum pane ministretur, aut cum modico uini albi misceatur, & propinetur. sed diligenter obseruare oportet ut uinum sit maxime imbecille. nã alias nõ paruæ ijs læsionis erit. Nec silentio prætereundum est, ijs qui ita laborant commodo esse in edulijs sorbitionibusue, præsertim ijs qui assueti sunt, alliũ ut simul bulliat immittere. nã prærogatiuã habet in roborando naturales facultates, corrigendoq; dãna quæ in ijs a duarum qualitatum immoderantia fiunt, nempe a frigore & humiditate. putridi insuper humoris cũ per totũ spargitur corpus, uitia corrigit. habet. n. præter hæc fa-

cultatẽ quā a centro ad circunferentiam pellit. tria hæc quæ allium habere dicimus ex Dioſcoride licet colligere. qui de eo ita ſcribit. potum cum origani decocto pediculos & lendeſ necat. præterea magnæ & allio utilitates contra aquarum mutationes, demum in fine dixit utile hydropicis, ad quem quidem morbum hæc febris non parum diſponit. uerumtñ pp calorem & eius acrimoniā modicum in ſorbitionibus miſcendū eſt. macerare tamen prius oportebit in ſucco herbæ acetoſæ. potus ijs conueniens ſit uinum albū, pauciferū defecatū, clarum, cuius ſumito partes duas, ſucci granatorum medij ſaporis partis unius ſemiſſem aquæ in qua decocta ſit capillaris herba recens, aut politricū unā miſcet, nec prætermittẽdum eſt indicæ radicis decoctū maximo ijs fore remedio, cuius ſidetur copia unciā unā in lupinares ſed multo ſubtiliores formulas ſciſſam in decem libris aquæ, in qua, nocte ante eam maceraueris, coquito: ſequenti die ad lentum ignem ad medias ebullire permittito. propinato in aurora quantum uno hauſtu bibere poßit calidum: ſed ægrotātis corpus prius fricare linteo aſpero oportet, A potu ueſtimentis cooperiatur, & ſudet quantum prouirium ratione. Cubiculum ubi ægrotans iacet perpetuo calidū, undiq; clauſum ſeruare oportet, nullus alius potus melius ſudores ciet. partes inſuper ab humore aßiduo laxas roborat, indurat, ſed ijs qui iam ſunt imbecilles caute exhibẽdus eſt, quia plus iuſto exiccat. quare ijs non inutile fuerit ſucci granatorum medij ſa-

poris partem unam miſcere tribus decocti, ſimulq́; propinare. ſumma diligentia obſeruandum eſt ne iis aluus liquida fiat. quin potius contrarium nempe aſtrictã aluũ efficere conamur iis quæ poros cutis aperiunt. & ſudores mouent. Razes is conti. loquens de hac febre dixit, curatio huius cum humidis prolongat ipſam. idem ab aqua frigida cauendũ monet. digerit huius materiam Sauonarola primũ ſerapio acetoſo. ſ. poſtea, cõpoſito, poſtremũ oxymelle cõpoſito cũ aquis a pituis ut ipſe appellat. uẽtriculi quoq; robur eſſe procurandũ ne appettitus deficiat. iubet. In tertiana continua tenuuiori uictu quàm in intermittente utuntur, & magis frigido. quãobrem Raſes non probibet aquam frigidam quotieſcunq; uult æger bibere. frequentius quoque exhibent alterantia quã in intermittente. plus etiã incunbunt urinæ, & ſudoris prouocationi. lenitionem uentris multomagis procurant, idq; lenibus clyſteribus. docet præterea Sauon. q rubea trociſcata Nicol. ante horã acceſsionis cũ aqua roſacea data ad modum auellanæ, & naribus & pulſibus inunctis ex ea ſanat. Itẽ trifera ſaracenica eiuſdem data ut dictum eſt, Recitat quoq; idẽ autor nõnulla, quæ, a proprietate occulta oẽm ſanãt tertianã. inter quæ numeratur Araneæ tela cũ aliquibus emplaſtri more fronti ac temporibus illita, aliqui uero accipiũt plures araneas, oleoq́; lucernæ in coquunt, & tritas pulſui manus ac temporibus apponunt, & ita tertianam ſanare ſe affirmant. at de his plura in cura

tertianæ intermittentis. idē fere faciunt in quartana continua, nā eodē modo curāt, quo etiam intermittētē, nisi quod aliqua secundū magis et minus uariant quare ne sin fastidio lectori non eadem sæpius repetam, & scienti curare intermittentē facile erit ut etiam continuam curet. hominibus uero iudicio prorsus uacantibus hæc non scribuntur. quartana tamen continua (ut id non taceā) raro aduenit ut scribit Gal. 2. de differen. feb. ca. 2.

Tertiana febris magna ex parte in corporibus fit, in quibus naturalis habitus ad bilem accedit, atque in consistentium ætate, quæ omnium maxime biliosissima est, tempore etiam æstiuo præcæteris, in quo huiuscemodi humor dominatur, in locis præterea quæ calidam atq; siccam habent temperaturā, ac in simili aeris ambientis qualitate, uita etiam nō ocio, atq; quieti dedita, sed in laboribus, curis, uigilijs, solis incendijs, & ciborum parcitatē assueta succenditur, eorū deniq; calidorum atq; siccorū usus. præterea medicaminū calefacientium, atq; exiccantium immodicus usus huiusmodi febrē faciliter afferunt. ex Gal. 2. de diffe. feb. ca. 1.

Gignitur autem ex flaua bile putrefacta, ac mota, et extra uasa plata. ex Aetio. Non potest autem fieri hæc febris nisi bilis putrefiat, quāuis aliter sentiat sophistarum parens Auerroes. nam ut recte dicit ipse Gal. ea ratione omnes qui laborant morbo regio febricitarent.

Cum rigore inuadit tertiana, atq; ardentis febris

similitudinem gerit, & bilis uomitibus, aut deie-
ctionibus, aut sudoribus, uel scilicet ex horũ quibus
dam uel oĩbus soluitur, Huius febris accesſio duode
cim ad summũ horarũ æquinoctialium spacio fini-
tur, eãdẽq; tertianam exquisitã appellamus, breuior
est autẽ aliqñ prædicto spacio temporis accesſio, in
eo ꝗ magis ac minus plurimã habens differentiã ob
quantitatẽ uidelicet, aut qualitatem ipsius bilis, aut
ꝑꝑ laborantis uigorem, aut ꝑꝑ præsentem eo tẽpo-
re corpori patienti dispositionẽ. nã multa bilis ea
quæ pauca est longiorẽ affert accesſionem, tenuis
autẽ crassa breuiorẽ. sic & uigor maior quidẽ bre-
uiorem, imbecillior autẽ longiorẽ, corporis autẽ di-
spositio rara quidem breuiorem, densa uero longio
rẽ. Tẽpus aũt in hac febre intermiſsionis nullũ ha-
bet humoris putrescentis ex pulsu perceptibile in-
dicium in die, aut in nocte quæ cõsequitur accesſio-
nem. quũ uero parumper succenditur, uix agnosci
potest ĩ primis diei, aut noctis subinde sequẽtis par-
tibus. adhuc autẽ manifestius circa fines ipsius diei
uel noctis. manifestius autem adhuc se ostendit, die
proxima quæ uidelicet antecedit accesſionis diẽ uel
noctem. in illa uero iam signum euidentius apparet,
ac multo etiam magis accesſione iam incipiente. atq;
adhuc plus iam inualescente febre. cum uero iã con
sistit, minus quàm cum augebatur, multo uero mi-
nus cũ iam declinauerit. ex Gal. 2. de diff. feb. ca. 3.
Huiuscemodi febrium urinæ tertio die ad sum-
mum quarto coctionis signũ ostẽdũt. 1. ad Gla. ca. 8.

differt rigor tertianæ, a rigore quartanæ, q̃ in tertianis pungi ac uulnerari corpus uideatur, nam in quartanis in uastio uehementem perfrigerationẽ habet, & magis in profundo, Est etiam in tertianis febribus ordo pulsuum exquisitus, & æqualitas. Excitatur autem in progreßibus ex acerbationũ pulsus ipse ad uehementiam, ac magnitudinem, & densitatem. sitim etiã inducit tertiana, maxime in uigore, & hominẽ exurit, ut se denudet, & abijciat uestitum, & magnũ ac densum spiritũ ducat, & uelut quandã flãmã eflet, & frigidam bibere expetat, & paulopost calor æqualiter per totũ corpus extẽditur, quod si etiã manũ inieceris corpori iuxta primum contactũ calor multus, & acris occurrit, qui uelut cũ uapore quodã effertur. uincitur autem paulopost, a manu, et sane iã etiã bibere tẽpus est ægro. atq; ubi bibit, statim multitudinẽ calidi uaporis per cutẽ remittit, prænuntiã sudoris. & uomitus bilis apparet. & aliqñ etiam uenter egerit. urinæ uero his sunt biliosæ & subfuluæ, & subflauæ, & moderate crassæ. & paulopost aut nubeculam albã, aut quoddã in medio depẽdens bonũ efficit. duplex tertiana quottidie exacerbatur, & cũ rigore irruit uehementi omnesq; habet prædictas notas in pulsibus & urinis, & reliquo corpore. contingit autem pp multitudinem, & craßitudinem, & bilis inæqualitatem ex Aetio. & Galeno. 2. de Crisibus. ca. 3.

Si bilis quæ tertianã febrẽ accendit fuerit circa os uentriculi, aderit frontis dolor, uehementior, sitis

ingens, linguæ ſiccitas oris aſperitas, amaritudo, uomitus, urina non adeo colorata. ſi uero in inteſtinis putreſcat, dolor aluum exagitabit, bilioſißima erit ægeſtio, alui profluuiũ. reliqua uero debiliora. ſi uero iuxta hepar, uel in ueſica fellea, coloratior urina reddetur cum ſpuma terrea. & ſi epar cõtigerit pati, erit denſa, & calor acutus ꝑ totum, ſi autem in renibus, in acceßionis principio dolorem ĩ illis ægrotus ſentiet. ſi prope inſtrumenta reſpirationi deſeruiẽtia ſitis aderit maxima quæ frigidæ potu ſedari non poterit. maiorq; in pectore percipitur calor. ex Sauonarola.

Præſagium.

EX intermittentibus breuißima ac mitißima eſt tertiana. i. ad Glauc. cap. 8.

Si fuluiores fuerint urinæ, & neq; ꝗd in medio pendens, neq; nubecula in primo circuitu apparuerit, ad ſeptem circuitus extendetur morbus. ſi uero in primo die, oſtenderit in urinis ſubſidentiam albam, ac læuem, & æqualẽ, tertiũ circuitũ non tranſgreditur. ex Gal. 2. de Criſ. ca. 3. & Aetio.

Tertiana exꝗſita ſeptenis circuitibus ꝗđ lõgißimũ eſt iudicatur. 4. aph. 59. Inter oẽs tertianas illa ſimplicißima eſt ꝙ cũ oĩa illa exꝗſitæ tertianæ ſigna cõmoſtrauerit, in urinis ẽt ſubſidẽtiã & læuẽ et æqualẽ ſtatim in primo fecerit die neq;. n. hæc ultra tertiũ ꝓgredietur circuitũ. 2. de Criſi. ca. 3. Tertiana uomitibus, & excrementis bilioſis, & ſudoribus toto corpore fluentibus finiri debet. 3. de criſ. ca. 3.

quod si p uomitum crisis futura est, his potißimum signis declarabitur. Aderit totius capitis grauitas, & dolor uelut mordax, & uertigo, tenebræ oculis oboriuntur, & hallucinantur, stomachi morsus & anxietas, labrum inferius agitatũ ac tremulũ, multum ac tenue sputum p os defluens, rigor & frigus partium sub præcordijs propiorem significat, præcipue si paulo ante biberit, uel ederit, id. n. uomitum accelerabit. pulsus durus & inæqualis, ætas florẽs, natura & consuetudo uictus, uitæ conditio biliosa, æstas & cætera calida & sicca consentient. si uero p sudores, Aluus præter rationem astricta uel parca erit, suppræsso lotio, partes corporis externæ calidiores, & rubicundiores, uapor calidus in cute nouus, pulsus undosus & insigniter mollis, signa uero crisis p uomitum non aderunt. q͂ si neq; uomitus, neque sudoris adfuerint signa tũc crisim p deiectionem futurã colligas licet. et si hæc ante signa coctionis fiant irritata natura ab humorũ quantitate uel qualitate mala crisis fiet hæc Syluius ex Gal. de crisibus, & ad Glauco. collegit.

Curatio

Exquisitam ergo tertianam ut quæ ex flaua bile cõmota inualescat quàm maxime fieri potest refrigerare oportet, ac humectare. nã cõtrariorum cõtraria remedia sunt. quæ quidem quod superfluũ est tẽperent (sic. n. reddo κολαζοντα) quod uero deficit suppleant. At flauæ bilis humor omnium qui in corpore sunt aridissimus calidißimusq; existit, hũc igitur quum ad uentriculum repit, p uomitum educere

oportet, quũ aũt uergit ad inferiora eodem modo per inferiorẽ excretionem, hoc quidẽ & sponte fieri solet in tertianis exquisitis, per urinam quoq; & sudores oportet euacuare, iuuat autem & per inferiores partes bilis expurgatio. uenter autem mollibus clysteribus exinaniendus est, urina uero potionibus inquibus apiũ, aut anetum maduerunt prouocanda. & si tibi coctionis signa mostrãtur, iam cum fiducia aliquid absynthij potes exhibere. quod alioqui summum est stomachi remediũ, ubi mordetur, a bili, si præsertim ex ipsius copia quantum sufficiãt accipiens mellicrato intinxeris. Balnea uero calida ex aqua potabili prosunt, tum quia aliquid bilis educunt, tum etiam quia sua qualitate plurimum iuuãt. nam huiuscemodi balnea humectant, ac potentia refrigerant. semper aũt oportet contrarias qualitates, illis quæ præter naturam inualuerint opponere, quũ hoc multo plus iuuet quàm quomodolibet euacuare. Hæc igitur in balneis intentio sit, ut corpus madeat, atq; humectetur, atq; iccirco neq; nitrum, neq; sal, neq; sinapi adiungere oportet. (quod genus mali complures ægrotis afferre uidẽtur) at ubi plurimũ olei calidi infuderis, ad aquã perducere ac madefacere, & si in ea natare uoluerint, quantum id facere possunt permittendum. at qui balneis admodum delectantur, si etiam bis in die lauare permiseris, non aberrabis, sed illud semper habeto in memoria ut tempestiue id faciant. si uero etiam coctionis signa ostendantur, etiam si sæpius laueris nihil deli-

queris. a uino uero, antequã morbus coquatur omnino abstinẽdũ. at ubi cõcoqui cœperit dandũ est, ab initio tenue, aquaticũ, et paucũ. ubi uero iã ꝓpe est ut morbus soluatur, amplius est offerendum. Cibi autem quicunq; humectant, atq; refrigerant oẽs utiles sunt exquisitis tertianis. quãtitas uero in ipsis sit tanta ut bene concoqui poßint. Ex oleribus quidẽ a triplex, blitum, lapathũ, & malua, & lactuca, & cucurbita, ex alijs uero ptisanæ succus, & alicæ sorbitiones, & ex piscibus saxatiles, Ex uolatilibus autem quæ mollibus constant carnibus. quæ autem talia non sunt, eorum alæ. testiculi quoq; Gallorũ, & suum pedes, & cerebra. paruorum etiam si dederis carnes coctura liquefactas uihil offendes elixatione liquefactas sed & oua ad sorbendum sunt offerenda, & præsertim uitelli eorum, nam hi facilius quàm pars alba concoquuntur. Ex fructibus autem permittendum est ut illos degustent, qui non sint omnino difficiles concoqui. oportet abstinere, a melle, sinapi, & salitis, atqueomnibu acribus, & a uinis nimis uetustis & quæ natura sũt calida. Ex Gal. 1. ad Glauc. ca. 10.

Dãnat illos Auicennas qui uehementioribus pharmicis, & myrabolanis & alijs huiuscemodi tertiana febre correptos principio euacuabant, laudat uero tamarrindos, quos aqua calida integra nocte macerat, tũ colat, ac desuꝑ ꝓijcit. siracost aut tereniabim aut aquã duorũ granatorũ ut eius uertit interpres uel etiã decoctionẽ zulapij, cũ mãna uuis paßis a nu

cleis depurgatis: probat etiam infusionẽ prunorũ, cum mãna aut melle aerio, serapiũ quoq; uiolaceũ et uiolas conditas, & mucilaginẽ psilij cũ serapio prunorũ. exhibet præterea serapiũ acetosum omni mane in die uero quietis post duas horas ab assumpto serapio aquã hordei, conuenire etiam dicit serapium acetosũ post paroxismũ, & apponere pedes in aqua frigida ad trahẽdum residuũ caloris, quod ego probare non ausim melonẽ indũ maximi esse iuuamenti affirmat, ꝗ uẽtrem soluat, urinã cieat, caloris uehementiã frangat, & sudorẽ prolectet. ante concoctionem balneum dãnat quod tñ non improbare uidetur. inungit autem illos oleo uiolaceo, uel rosaceo in aqua prius conquassato. a balneo dat uinum albũ, tenue, bene dilutũ, tum cooperit in lecto ut sudent. post crisim relicto calore aliquo qui nõ facile extinguatur serapiũ dat acetosum cũ diureticis. Sauonarola docet aliqñ uenæ sectionem conuenire in exquisita tertiana, scilicet qñ iuuenis est ægrotus, multo abũdans sanguine, plenitudine humorum præsente. uel qñ bilis sanguini cõmista est, & sanguinis ebullitio, & conuersio ipsius in bilem formidatur. uel qñ sanguis ipse ualde supercalefactus uidetur, ut metus sit ne itidem in bilem transeat. notandum tamen, si fiat uenæ sectio, & non conueniat, periculum est ne ex intermittente continua fiat. monet quoq; idẽ autor ex Auerrois sententia, cauendum esse omnino scãmonium, & huiusmodi pharmaca quæ attrahãt uehemẽter. laudat uero Rhabarbarũ, cassiam. Aloẽ,

myrab. ad urinam prouocandam dat semina frigida maiora cum aqua hordei, sudorẽ uero elicit aqua hordei ualde calida cum modico uini potentis. refert quoq; serapiũ quoddam quẽ ualde cõmendat ad sudorem euocandũ. R. milij excorticati. q. s. decoquatur donec frangatur, deinde Accipe unc. v. illius decoctionis, & infunde uini albi odorati unc. ij. et calidum laborãti propina. serapium istud miris modis sudorem prolicit, habet etiam serapium magistrale ad extinguendũ calorem factis euacuationibus qui talis est. R. florum boraginis, buglossi, rosarum rubearũ, ana. M. s. uiolarũ, lactucæ, papaueris albi, endiuiæ, scariolæ, ana. M. 1. sem. endiuiæ, lactucæ, ana. unc. s. seminũ. iiij. frigidorũ ana. dr. yi. decoquãtur de qua decoctione R. lib. 1. zuccari unc. iij. Aceti unc. ij. succi punicorum. unc. 1. fiat serapium. potest dari etiam in pcincipio ad temperandum calorem. Arnoldus hoc utitur solutiuo. R. cap. uene. epaticæ, scolopẽdrij, boraginis, ana. M. s. florũ uiolarũ, borag. añ. dr. 1. sem. com. dr. ij. hordei. p. 1 pruna. xxx. zizipha, Mixa. ana, xxv. coquantur oĩa simul & colentur. addatur decoctioni, tamarindorũ, oxyme. s. ana. dr. 1. saccari rosa. uiola. ana. dr. s. diaboraginati. dr. 1. s. rhabarbari triti & positi in succo scariolæ depurato per noctem scrop. 1. aquæ decoctionis plantag. dr. ij. omnia simul mista per noctem subdio exponantur, mane uero propinetur. uel. R. uio. dr. ij. pruna. l. ponantur in aqua feruenti, & nocte integra macerentur, mane buliant, colentur. adde

ſaccari lib. 1, 5. fiat ſerapium, cui addantur Rhabarbari in puluerem redacti. dr. iij. Aquæ roſaceæ dra. iiij. propinentur dr. iij. uel. iiij. in die quietis de quarto in quartũ. Serapium mirabile contra tertianam ipſius Arnoldi. R. ſucci plantag ſcariolæ, cichorij, ana. quilibet depuretur, miſceantur, buliant, & addito ſaccaro fiat ſerapium, inijciatur uero parum christalli paluerizati & detur. refert quoq; magiſtrum ſuum multos curaſſe potu liberali frigidæ aquæ de quo ſuperius ex Galeni ſententia diximus. dabat uero in ipſo calore feruentiſſimo, ægroto ualde ſitiente. pſylium ablutum in ore tenendum comendat ad humectandũ, ſitim extinguendam, & remouendam linguæ aſperitatem. dolore affectos renes inungit oleo uiol. roſ. lacte, muliebri, uuæ acerbe ſucco. uel faſciculo myrthi in aceto decocti dolorẽ leuat, crebro apponens. oris ulcera tollit, ſoluendo amilum, uel penidias, uel ſaccarum uiolaceum cum aqua roſacea, & inungendo illa. uel dando aquam ſtillatitiã ex floribus myrti ad abluendum, & gargariſandũ. hoc autem certiſſimum eſſe affirmat. lutea ouorum diu in ſartagine buliant, & deſup aſpergatur puluis penidiarũ. ſaccari, & amili. & ex his ulcera uel puſtulæ illinãtur. Notat Arnoldus arcanũ petri hiſpani, quo utebatur ad tollendã tertianã poſt tertiã uel quartã acceſſionẽ. dabat. n. Alumẽ. et trifoliũ cũ triſera ſaracenica ante horã acceſſionis. & ſanabat. Ad tollendã tertianæ acceſſionẽ Accipe foliorũ urticæ, frondium ſalicis, ana. M. 1. terantur & cum forti

aceto conficiantur, quibus brachiorum pulsus inuol=
uantur per duas horas ante accessionem. hoc se ex=
pertum dicit. Itẽ os de corde cerui in puluerẽ reda=
ctum ac propinatũ. probatũ est. digesta materia sum
mat ægrotus. dr. 1. cẽtaurij minoris cũ uncijs dua=
bus serapi. ros. uel uiol. uel cum unc. 1. triferæ sara=
cen. cum aqua frigida.
Astarius dicit necessariam esse in omni putrida fe=
bre uentris lenitionem quam facit uel molli clyste=
re ut R. caßiæ electæ nouiter extractæ un. 1. pul. sac
cari. unc. 5. olei uiolacei unc. iij. salis com. triti. dr.
1. cum decoctione maluarum, Matrũ uiolarũ, bliti,
lib. 1. fiat clystere. uel dat unc. 1. caßiæ transglutien
dã, uel potionem hoc modo, R. caßiæ unc. 1. dissol=
uatur cum aqua endiuiæ, aut deco. com. addendo se=
rapij uiolacei unc. 1. & fiat potio. Diuitibus exhibet
Mãnæ unc. ij. abhorrentibus uero caßiam, dapru=
nis non solutiui. ad euacuationem utitur hoc potu.
R. Rhei barbarici electi dr. ij. uel. iij. spicæ parũ inci
dantur minutim & infundantur in aquis endiuiæ
cichorij & buglosßi, et dr. ij. uel. iij. uini albi odorife
ri, decem horis. deinde ualde exprimantur, adde
diapr. non simp. unc. 5. diap. simp. aut electuarij ros.
Mes. dr. ij. uel. iij. serapij. uiolacei. dr. 5. fiat potus.
pro pauperibus dimittatnr rhabarb. & augeatur
dosis aliorum. ad remouẽdum calorem post euacua=
tionem inter alia dat saccarum ros. antiquũ, uel dia=
cidonitẽ sine speciebus. uel confectionis triumsand.
dr. ij. hæc exhibet mane donec morbus euanescat.

Cordi apponit cum opus est huiusmodi epithema. R. Aquarũ ros. unc. vi. Buglossi unc. ij. sandalorũ omniũ, corall. alb. & rub. ossis de corde cerui, ana scro. 1. croci scrop. 1. Camphore gr. v. Aceti albi dr. 1. s. fiat epith. p hepate uero sic, R. aquarũ endiuiæ un. vi. ros. un. ij. sand. omniũ dra. pul. spicæ nardi scrop. s. Camphoræ gr. vi. nisi timeatur uigilia. aceti albi, dr. ij. Misce debent hæc apponi uacuo existente uẽtriculo. tempore autem exhibendi cibi remoueri. Fuchsius ad bilis feruorem caloremq; mitigandum, ac restinguendum hoc utitur decocto, quod accipit, florum Viol. Buglossi, rosarum purp, ana. M. 1. florum Nynpheæ, M. s. intubi satiui utriusq;, lactucæ, ana. M. 1 s. passularũ unc. 1. prunorũ damascenorum nu. xi. seminũ intuborũ satiuorũ, lactucæ, portulacæ, cucurbitæ, ana. dr. ij. radicis cichorij dr. vi. decoquãtur singula in duabus libris aquæ fontanæ, donec tertia pars absumpta fuerit, dein colo trãsfusis saccharì adiectione ius decocti dulce reddatur, albisq; oui purificetur, additis serapij de intubo saliuo latifolij & zulapij uiolacei, ana dr. ij. s. comistisq; omnibus fiat potio de qua singulis diebus in aurora detur pondus unc. iiij. s. q̃ si æger a potione abhorrat hanc exibet misturam, quæ habet. sacchari uiolacei, rosa. bugl. nymphe æ, cichorij, ana unc. s. cõpositiõis e, prunis damascenis citra diacrydion dr. vij. diarrhodõ abbatis unc. 1. specierum diatrion sandalor. dr. ij. zulapii uiolacei quod satis sit ad excipiendum fiat mistura. ad sudorem eliciẽdum hæc habet deco-

ctum. accipe radicũ apii. aſparagi, cichorii. ana. dr. 5. ſem. petroſelini, fœniculi, ruſci, ſmyrnij ana. dr. ij. Cicerũ nigrorũ dr. iij. Anethi. M. 5. decoquãtur ſingula in aqua fontana. q. ſ. ad tertias, dein colo transfundantur, & ſaccari adiectione ius decocti dulce reddatur. additis oxymelitis compoſiti unc. ij. fiatq; potio. Manardus cõtra febrem tertianam maximã uim habere dicit decoctum chamæmili ſi bibatur cyathi menſura ꝑ horã unã ante acceſſionẽ, Cyathumq; interpretatur. xij. dra. concedit etiam. xvi a quo ſi ægrotus abhorreat docet elici debere aquam ꝑ balneum mariæ et exhiberi. dorſum quoq; inungit oleo in quo ter noui ſemper flores eiuſdem herbæ bullierint. dioſcoridis etiam (inquit ille) unguento quod ex araneis potius quàm ex eorum tela cum oleo paratur, nõ inutiliter arteriæ manus inunguntur. Sed & batrachium contritum, id præcipue quod pedẽ uocant colum binum ſi contundatur, & eiſdem arterijs admoueatur.

Appendix.

IN libro. 2. de morbis hippocrati aſcripto ſic legimus. ſi tertiana febris tenuerit, ſi quidem non omißis tribus inuaſionibus quarta corripiat, pharmacum deorſum purgans bibendum dato, ſi uero pharmaco non opus habere tibi uideatur radicum quinque folij tritarum, acetabuli menſurã, ex aqua bibẽdam dato. ſi uero neq; ſic ceſſet, multa calida loto, trifoliũ & ſylphij ſuccum in uino pari aqua amiſta bibenda præbeto, & reclinato, ueſtimentis mul-

tis integito donec exudet, postquã uero sudarit, si sitiat polentã cum aqua bibat, uesperi autem milium coctum, ieiune sorbeat, & uinũ insuper bibat, donec febris cesset, & cibis quã mollißimis utatur.

Appendix.

EXpertus sum inquit Arnoldus in tertiana uera post. xiiij. diem concocta & purgata materia, una uel duabus horis ante accesßionẽ exhibere dra. ij. rubeæ trociscatæ, & dr. i. cum uino in quo rutam, abrotanum, & saluiam decoxerã. & breui febrem depellit. cap. de tertiana notha.

Appendix.

HEliotropij quod tricoccum appellant seminis grana tria epota tertianis prodesse dicuntur. ex pli. herbæ buglossæ quæ tres tyrsos seminis mittit radicem totam ex aqua decoctam bibendam dabis. tertianæ medetur. Radices eius (i. plantaginis) tres attere iungito tritis, uini tres cyathos, & aquæ fac sit modus idem. hæc nondum tremulo potanda dabis febriẽti. sic pelles febrem cui dat lux tertia nomen. ex Macro.

De tertiana Notha.

NOtha seu spuria tertiana fit qñ bilis maxima ex parte pituitæ miscetur, hinc est quod non singulas notas ut in exquisita puræ, ac syncerioris bilis præseferat, in ea etiam accesßionis tempus duodecim horas excedit, tardius coctionis notæ apparent, neq; tantus etiam in uigore calor, nec finitur ut exquisita sudoris copia ex Leonardo fuch. rigoris

etiam tempus ex Auicennæ sententia longius est, nec ordinem seruant exquisitum accessiones, aliquãdo etiam cum rigore non incipit. & calor nõ est adeo uehemẽs hæc Auic. nec adeo mordax, sed mitior, urina licet aliqñ inflametur in hac febre semper tamẽ ad aliquã tendit albedinẽ. excremẽta redduntur crassa & biliosa. qñ aliquid euomitur illud ouornm luteis est simile. mitiora quoq; accidunt symptomata quã in ipsa exquisita. pulsus minus uelox et frequẽs ex Sauonarola. durant accessiones aliqñ xxiiij. horas. & nonnũquã usque ad triginta extenduntur, et ad. vi. & . xxx. & ad . xl. ex Gal. 2. de diff. feb. ca. 8. Asserit uero ipse Sauonarola tertianam spuriã fieri & ex Cholera ut ipse appellat citrina, & ex adustione choleræ. ex admistioneq; bilis cum melancholia, atq; ex bile prasina, uel eruginosa, et notas quibus distinguuntur apponit quas ipsi compendio referemus. Citrinæ igitur signa intensa magis sunt signis uitellinæ, quæ superius enumerata sunt a nobis: dolor adest capitis maxime in destra parte. amaror in ore, sitis, fastidiũ et morsus oris uentriculi. dolor ilium. Vrina citrina tenuis potius. qñ fit ex adustione bilis, signa mitiora paulo quàm in exquisita. accessio uero non multũ excedit. xij. horas. pulsus est durus. Vrina tenuis ad nigrũ declinans. Calor percipitur circa epar ut in pura, rigor est uehemẽs in principio, adeo ut ægrotum aliqñ furere faciat. in ea quæ est ex admistione cum melanch. rigor est paucus, sed cum maiori frigore, ac prolixiori. una cum

pusillanimitate laborantis. accessio ad. xxiiii. horas extenditur, urina tendit ad fuscum, pulsus durior. qui uero ex prasina uel eruginosa bili febricitãt, periculosa, & maligna patitur symptomata. accessionis tempore, præsto est molestia, sitis, alienatio mentis, pulsus uarius, urina multoties ad uiride, & ad nigrum declinat.

Præsagium.

TErtianam nothã uidi q̃nq; cum in autũno cœpisset, in uere desijsse. G. 1. ad Glauc. ca. 8. Terminatur quandoq; die. xl. nonnunquã. lx. aliq̃n autẽ. vi. mense, quã bilis excitauit uitellina dicta. Citrina perducit aliq̃n ægrotũ ad paralysim, q̃nq; ad hydropem. ea quæ fit ex adustione minus est formidanda, citius. n. solet abscedere. nisi recte curetur in quartanã transit uel in continuã, & periculũ mortis impendet. Tertiana nota ex bili æruginosa periculis plena est. atq; ut zoar inquit uix euadit qui ea corripitur. ex Sauonarola.

Historia.

ERat tempus anni mediũ inter occasum pleiadũ, & quod antecesserat æquinoctiũ. incœperat autẽ febris cum horrore adolescenti circa aurorã fere. quæ neq; in caliditate similis tertianæ uidebatur neq; in pulsibus. sed neque uomitus bilis subsecutus est, neq; sudor sufficiens. sed in die secundo tantũmodo circa horã tertiã pauci humidi uapores exierunt, ex quibus febris quidẽ exhalauit, ita pedetentim ut uix circa uesperam expers febris uideretur.

nã febris signum satis manifestum in ipso manserat. in reliquis uero circa uesperas, satis bene se habebat, & per totam noctem. rursus uero circa tertiæ diei aurorã, secunda acceßio facta est, omnino præterquã in tempore similis primæ. nã nocte superueniente paululũ ante diẽ, uapores aduenerunt, ac circa quartæ diei aurorã febris cessauit. ac reliquo autunni tempore atq; hyemis quo ægrotauit, cum alia oĩa, tum & tempus accessionis, & solutionis febris, eodem modo perseuerarunt, agebat autẽ adolescẽs circiter decimum octauũ ætatis annũ. albus aspectu, & pinguis. qui sæpius antea in ocio degenerat, & crapulis, balneisq; plurimis, & repletionibus usus erat. quare neq; bene cibos concoquebat, simul autẽ ei aduenit durities in pulsu. in prima autem die, atque secunda, mediocris. in tertia autem circa quartum, atq; sequentibus usq; ad septimum, ad tantam peruenit duritiem, ut quispiam qui soli crederet pulsui multorum esse mensium ægritudinem iudicaret. talis autem perdurauit usq; ad uernum æquinoctiũ. in quo cœpit mollescere, & rursus postea quadragesimo die omnino æger a tertiana est liberatus, tẽdente paulatim ad molliciem pulsu, ac minore cottidie fiente accessione urinisq; optimã subsidentiã habentibus. & hæ quoq; in priore tempore, erãt admodum crudæ, ex. 1. ad Glauc. ca. 8.

Methodus curationis.

PRouidendum est prouiribus ne morbus augeatur, neue ægrotantis uires prosternantur, quæ

longiori tempore debent laborare. difficile uero est seruare utrunq;. quoniã inediæ quantũ prosunt ad morbi concoctionem, tantũ uel amplius officiunt uiribus. cibi uero quantum ægroto robur adaugent, tantum coctiones impediunt. sed & id quoq; noscere opus est, ad quantã magnitudinẽ perueniat morbus, ac quãtæ sint ægroti uires. ut ad ea inspiciens quæ maius auxilium exposcunt inedia quidẽ in ualẽtioribus utaris uiribus, & morbo coctu difficili. largiori autem cibo ubi uires sunt debiliores, neq; morbus admodum concoqui contumax. hæc quidem & in omnibus alus morbis considerare oportet. in tertianis uero nõ exquisitis neq; statim circa initia balneare expedit, sed quum primũ coctionis signa apparuerint neque cottidie cibum oportet exhibere, sed alternis diebus, quies uero & calefactio circa præcordia iuuant, & sorbitiones concoqui faciles, & clysteria non admodum mollia, quod si sanguinem mittere oporteat, neq; hoc quoq; omittendũ sed ab initio statim adhibita earum rerum quas scis distinctione tantũ sanguinis mittendum, quãtum, præsẽs exigit status. sit autem totius uictus ratio, non quæ humectet atq; refrigerent uniuersum corpus, qualis in exquisitis exhibetur tertianis, sed & aliquẽ modum assumat, ad calefaciendum, atq; incidendũ. plurimum igitur eos uiuat, ptisanæ succus pipere adiecto, uel etiam hyssopi monumẽtum uel origani, uel spicæ nardi, mulsæ infundens & decoquens ad bibẽdum propina. & quæcunq; alia prouocantia urinã.

præterquã illa quæ supra modum calefaciunt, atq; exiccant. maxime uero post diem septimam, danda est iugiter absynthij coma, & quidem oxymel potione plurimos iuuat, & aliqui ex his quæ molliter uentrem subducũt. Vomitus autem post cibum adeo his quibus hæc febris perdurauerit utilis est ut multos sciam solis uomitibus statim fuisse curatos. ex Gal. 1. ad Glauc. ca. x. prodest quoq; aliquo leui purgatorio uacuare bona concoctione in urinis apparente. ex Aetio.

Brudus lusitanus ex uitellina bili febre correptis huiusmodi uictum parat. Accipe thymi, apij hortensis, passularum enucleatarum ana. M. 1. hordei ab uno cortice exuti. M. iij. coquito cũ capo aut pulla Gallinacea, herbas iam coctas extrahito, imittitoq; aceti albi. q. s. parum coquito denuo, quousq; permista sint. dato ut bibat inclinãte febre. ex residuo fac sorbitionem· qua uti poterit cessante febre, & ante aduẽtũ paroxismi horis septẽ. indie quietis carne utatur. Pisciculos saxatiles in aqua coqto, cũ satureia, thymo, sale, & aceto, ac purissimi olei momento. facilis coctionis cibus est. uentriculi appetentiam excitat. quæ in hac febre plurimũ expetenda sunt. Olei plurimi ex immatura oliua partem unam aceti albi duas, permisceto, panem infundito, febricitanti exhibeto, mistio ex oleo & aceto cum humana maxime conuenit natura. uentriculum roborat, hepar, et lienẽ. distributionem adiuuat. coctionem & appetẽtiam excitat. Aperit, incidit, humectat, refrigerat.

quod si piperis crasso modo contusi. parũ addas frigido uentriculo pituitoso conferet. quod euenire in hac febre multoties solet. Laueris super aquas crescẽtis cauliculorũ, foliorũ raphani, uiolarũ, ueri buglossi, lactucæ ana. M. 1. coquito in aqua. Herbas exprimito pro uiribus gladioloq; ad minimas partes incidito. addito olei purissimi, salis, oxymelitis acris ana. q. s. cum pane utatur. mundificat cibus hic uentrem, utranq; promouet uacuationem. quod si post expressionem herbarũ, & earũdẽ incisionem cũ pinguitudine iuris capi, aut pullæ gallinaceæ, herbas coxeris adiecto oximelite magis nutrientem cibũ efficias. si uero febris ex citrina bili excitetur, utere sorbitione ex cucurbita, aut crassa sorbitione ex hepatica, adiecto malo punico acido hora una priusquã ab igne amoueas. dato ius, in febris inclinatione, ex residuo fac sorbitionem. Lentes hispanas coquito in aqua cum petroselino, coriandro uiridi, oleo, sale, aceto, & croci modico. utere decocto cũ pane. Pedes uituli anteriores, aut arietis oẽs, in aqua plus satis coquito, radicum plantaginis, cichorij, apij hortensis. ana M. unius tertiã. hepaticæ, hordei ab uno cortice exuti, prunorũ, passularũ ana. M. 1. Mali punici acidi. iij. ius dato ubi oportet, ex reliquo fac sorbitionem. quod si post coctionem pedũ antequã malum punicũ inijcias herbas detrhas, ius colans, tertiã sui partem succi acidi mali punici immittas, pane et saccaro simul coquas quousq; permista sint, cibum ijs ualde idoneum parabis.

Astarius laudat in hac febre asparagos, cappares, pdices, phasianosq; cõcedit, & lepusculos. sed cappares & asparagos cum aceto cõditos non nisi post euacuationem. propinat aquã hordei cum saccaro, in qua decoquit radices fæniculi, & apij. in declinatione uero, uinum album. & ius cicerum rubeorũ. concedit etiam uinum in principio uentriculo existente nimis frigido, ac debili.

Clysteres in hac febre non admodum molles iuuant, qualis est qui accipit. maluæ, mercurialis, foliorum, uiolæ nigræ, origani, hyssopi, ana. M. 1. seminis cartami dr. iij. coquantur singula in aqua iustæ quantitatis. Colato iuri adijciantur laxatiuæ benedictæ uocatæ, hieræ picræ ana. dr. iij. mellis ros. dr. vi, olei uiolacei, chamæmelini ana unc. 1. s. salis uulgaris dr. ij. fiat clyster. Exhibenda sunt etiam decocta quæ citra plurimã calefactionem, & exiccationem incidere, & urinam ciere possunt. Cuiusmodi est quod accipit. radicum apij, fæniculi, cichorij ana. unc. 1. Intubi satiui utriusq; origani, hyssopi, ana. M. 1. lactucæ M. 1. s. seminũ quatuor frigidorũ cõmuniũ ana. dr. 1. seminis fæniculi, apij. ana. dr. 1 s. decoquantur in aquæ lib. ij. donec tertia pars absumatur. ius colo transfusum saccari adiectione dulce reddatur, ouiq; albuminibus purificetur. deinde addantur. serapij acidi. s. mellis ros. cola. oxymelitis. s. ana. unc. 1. s. fiat potio de qua in aurora cottidie detur pondus unc. iij. post hæc ea quæ uentrem placide subducunt sunt exhibenda, ut dilutum rhabarbari scenici cũ=

positio de psidio. indi maior. diaphænicõ. & alia huiusmodi. Hypocondria hoc medicamento foueãtur. Florum chamæmili, meliloti, aneti, ana. M. 1. absynthij. M. 5. rosarum purp. M. 1. sem. lini, fænograeci, ana. dr. iij. buliãt singula in aqua. 5. q. ad tertias. dein spongia in hac irrigata hypocondria foueantur. uẽtriculus hoc uel simili unguento inungatur. quod accipit. oleorũ mastichini. rosacei, chamæmelini ana. dr. iij. gariophyllorũ dr. 15. ceræ. q. s. fiat unguẽtum. ex Fuchsio. humorẽ præparat astarius serapio acido un. 1. melle ros. colato unc. 5. aquis endi. unc. ij. buglossi unc. 1. post aliquã euacuationem utitur serapio debisan. cũ aceto si materia sit uiscosa, uel serap. acet. cõpo. unc. 1. mellis ros. col. unc. 5. pro purgatione hoc utitur rhabarbari & agarici diluto. quod accipit. Rhabarb. electi dr. ij. spicæ parum. incidantur minutim, & infundantur, in aquis end. bugl. & absy. ana. q. s. uini albi odoriferi parũ. dimittantur in infusione per horas duas, deinde inijciantur agarici electi dr. ij. zinziberis scrop. ij. dimittantur sic horas octo. deinde fortis fiat expreßio, cui addatur dia catholiconis uel caßiæ nouiter extractæ unc. 5. diaphæniconis dr. ij. fiat potio, æstiuo tempore addit unc. 1. serapij uiolacei. Pauperibus exhibet dr. iiij. uel. v. diaphæniconis. Ad robur membrorum quod præcipue seruari debet in hac febre uentriculi scilicet, hæpatis & aliorũ dat trociscos de ros. & de eupat. in aurora pondere dr. 1. quos trociscos prius ad formã pillularũ aliquo conuenienti serapio reducit,

alioquin abominabiles & ualde insuaues futuros. quibus assumptis porrigit uel særapium consuetum uel aquarum End. absy. ana unc. ij. ʒ. mistionem habet etiam talem. R. specierũ aromatici ros. diarrhodon ana. dr. ʒ. pellicularũ uentriculi gallinæ, præparatum dr. 1. pulueris hæpatis lupi, scrop. ij. saccari albi. q. s. dissoluti in aquis end. absynth. ana. q. s. fiat confectio, in morsellis, dosis dr. ij. ante inunctionem uentriculi hoc utitur fomento, quod paratur ex decocto florum chamæmeli, summitatum absynthij cũ modico spicæ nardi, & cinnamomi electi, momento uini albi, in quo decocto madefacit spongias, & ualenter exprimit, linteoloq; inuoluit, & uentriculo frequenter immutans apponit.

Appendix.

CVidã seni diu tertiana notha laboranti semine myrthi dr. ij. trito & oxymelitæ admisto, & aqua calida uomitum prouocaui, dein hiera piera Galeni purgaui, conualuit. ex Arnoldo. post purgationes adhuc permanente febre detur aurea alexandrina, uel rubea cum calida. ex eodem. idem Arnoldus tali purgante pharmaco utitur in notha tertiana, quod accipit. Polypodij uiridis rasi & abluti. dr. iij. sem. fæn. dr. 1. conterantur simul & misceantur cum radice fæniculi, apij, hyposelini. asparagi, rusci, ana. M. ʒ. uiol. dr. 1. prunis. xxx. agarici scrop. 1. turbith. esulæ ana. dr. ʒ. decoquantur oĩa in quinq; libris aquæ. donec una tantũ relinquatur. mox colentur, addatur caßiæ, tamarind. an. dr. 1. ʒ.

mirabola.citri.& chebul.ana. drac. I. rhabarbari ſcrop. i.ſaccari uiolacei,& roſ.ana.dr. i. Accipiatur.q.s. & propinetur.

Febris quæ ex tertiana & cottidiana continua quã hæmitriteũ appellamus,aut flauam bilẽ habet exuperantem,atq; ob id in eo ſunt tertianæ febris accidentia maiora,aut hæc quidem paucior,pituita uero abundantior,atq; icciroo cottidianæ continuæ affectus firmiores. aut neuter horum alterum uincit. ſed ambo equipotentes exiſtunt.quod quidẽ eſt exquiſitus hæmitriteus,talem formam repreſentans. qualem de eo Hippocrates manifeſtauit. quum in principio epidemiarũ in hanc ſcribit ſententiã. Erãt uero eorum pleriſq; paßiones huiuſmodi febres horridæ,continuæ,acutæ,omnino quidem non intermittentes,modus uero erat, hæmitriteus,quũ altera die leuiorem ferret,altera uero inualeſceret,ac sũmatim in acutiem augerentur. dixit autem horridas nõ ſimpliciter quæ cum horrore inuadunt, ſicuti hoc innumerabilibus accidit febribus,ſed in quibuſcũq; magnã acceßionis partem,horrores aſſumunt,altera dierum ſcilicet,in qua & tertiana & cottidiana continua,ſimul inuadunt,nam altera dies ſolam habet cottidianam,magna uero ex parte dies prima miſtam ex utriſq; committit febrẽ, ſecunda uero ex pituita continuã,contingit autem non nunquã hãc primo inuadere die,ſecunda uero ambas ſimul, Acceßio igitur ex utriſq; comiſta,quando humores fuerint æquipotentes,talis eſt, qualem paulo ante de

ſcripſimus hæmitriteum. quũ uero tertiana præua=
luerit, horridior fit febris, & nonnihil ſibi in inua=
ſione rigoris aſſociat. confeſtim uero & feruidior
eſt huiuſcemodi febris, & incendij plus habet, ma=
giſq; feſtinat ad ſummũ, & aliquid bilis p uomitũ,
aut p aluum, aut per ſudorem, excernitur. at quum
altera ex pituita febris præpotentior exiſtit, tũc fri
gus uehementius extremas occupat partes, & pau=
ci adſunt horrores, & pulſuum fit aflictatio ma=
ior, ac diuturnior, tardiuſq; acceſsio inualeſcit, ac
longum poſt tempus conſiſtit, non tamen aut ſitim,
aut magnum affert incendium, neq; in ea per uomi=
tum, aut per aluum, aut per ſudorem bilis excerni
tur. quum autẽ æquales magnitudine fuerint, acceſ=
ſionis initium fit cũ horrore, qui mediũ inter rigo=
rem & frigefactionem obtinet locum, quorum alte
rum tertianam febrẽ, alterum cottidianã continuã
comitatur. quum uero ab inuaſione inualeſcit, ter=
tianæ quidem ratione, cito caleſcit, ac feſtinat ad ſu=
mum: pp cottidianam autẽ, ex pituita tardatur, at=
que in aſcenſu retinetur nonnunquã atq; interrum=
pitur. eſtq; inter uarios affectus ueluti pugna quæ=
dã, cum æger nonnunquam inualeſcente febre ter=
tiana, atq; ad cutem humores impellente, uehemen=
tius caleſiat. contra uero remorante, atq; ad interio
ra reuocãte ipſius motum febre quæ ex pituita or=
tum habet. Eſtq; tardi ac difficilis motus, frigida ac
lenta exiſtens materia. in hoc autem certamine, quũ
humor frigidus ſuperauerit, contractiones & hor=

rores, atq; extremarum partium, & cutis refrigerationes sequuntur. adeo ut uideatur altera rursus accessio renouari. quum uero calidior uicerit, tūc statim totū corpus calefit. ac iam uidetur febris in summo consistere, mox paulopost ad pituitam redeunte uictoria, ægroti denuo contrahuntur, refrigerantur & horrent. neq; hoc terminum ullum habet, donec febris ad summū peruenerit, quod quidē citius accidit, quàm pro more pituitæ, tardius tamen quā in bile fieri consueuit, nam huius quidem celeritatē, cohibet pituita, ac rursus pituitæ tarditatem atque hebetudinē excitat bilis. ex Gal. ij. de diff. feb. ca. 8.

Præsagium.

SEmitertiana febrium perniciosissima est, ad hydropem, ac tabem aliquando perducens, si uirtus debilis fuerit nullo modo curatur. ex Sauon. Cōtingit hæmitriteum aliqn̄ ultra septimū mensem pdurare, ex Auic. alia præsagij signa ex pulsu urina, facie, respiratione, & alijs habeto. Curatio hemitritei. Græci medicinæ scriptores nihil dicunt de cura hæmitritei, sed lectores ad ea quæ scripserunt de tertiana, & de cottidiana relegant. nam cum febris mista sit ex tertiana & cottidiana mistā quoq; curationem ex poscit. Arabes tamen particulatim eius curationem ad scribunt. inter quos Auicennas hæc habet. Necesse est, inquit, ut magis incumbas alui subductioni, & purgantibus pharmacis, uomitumq; urinam, et sudorē cientibus q̄ ijs quæ alterant, & calorē febrilē extinguūt. sed purgatio nō adhibeatur nisi

concoctis prius humoribus, ac præparatis. ijs uero quæ lenitiua dicuntur uti possumus etiam ante concoctionem, ut infusione tamarindorum & serapio uiolaceo si bilis dominabitur, uel manna. si uero pituita, aqua lebleb cum geleniabin. uomitus prouocetur decocto raphani cum serapio acetoso, calido, uel serapio acetoso & aqua calida tantum. post septimũ diem apparente concoctione exhibeatur absynthiũ ponticum. citat quoq; Galenũ quem dicit exhibuisse cremorẽ ptisanæ cũ modico piperis. laudat trociscos de absynthio & rosis. et hos qui accipiunt. Rosarum, glycirizæ. ana. dr. iiij. mãnæ dr. iij. spicæ, succi absynthij, spodii. ana. dra. ii. fiant trocisci. alii ad inflammationem. R. Ros. dr. vi. seminis acetosæ ana. dr. iiii. Amili dr. iii. berberis, spodii, sem. portulacæ ana. dr. ii. diatracacanthi, croci, spicæ, reub. ana. dr. i. camphoræ scrop. i. fiant trocisci. alij. qui ualde conferunt huiusmodi febre correptis, cũ alui profluuio, ac tussi molestantur. accipiũt uero, spicæ aromaticæ, xyloaloes, croci, berberis, & succi eius ana. dr. iij. reubar. dr. iiij. spodij, rosarum cum capitibus suis, laccæ, gummi torrefacti, succini, ana. dr. v. seminis acetosæ torrefacti, dr. vi. cretæ romanæ dr. vij. fiant trocisci. Pilulæ in hac ægritudine cõuenientes. præcipue cum superat pituita. R. Aloes, mastiches myrabolanorum citrinorum, reubar. succi eupatorij. succi absynthij, ros. rub. ana. par pondus. croci partem mediam. fiant pilulæ cum aqua endiuiæ. dosis est drac. ij. cum serapio Acetoso. uel sic. Accipe

Aloes,

Aloes, mastiches, succi absynthij, rosarū. ana, partes æquales. croci dr. s. informentur pilulæ cum aqua endiuiæ, dosis dr. ij. cum serapio acetoso. Hæc Auicennas. Cōsidera quis nam humor superet nisi æquales fuerint, & semper ei quod magis instat, incūbe. aer in quo ægrotus uersatur sit tēperatus, & si opus fuerit mollibus utare clysteribus, ne uero medicina uteris fermentata sed recenti, ut natura poßit separare frigida a calidis, & humores præparētur oxymelite. s. melle ros. aqs endiuiæ, fæniculi, lupulorū, si superet pituita, si uero bilis, serapio acetoso. s. cui alia comisceto quæ conueniant. nec idem exhibēdum in die paroxismi tertianæ, quod exhibetur in alijs, tūc. n. bilis maior cura est habenda, q̄ pituitæ, pharmacis utere si pituita exuperet, ellectu. indo, si uero bilis ellectu. de succo ros. dr. ij. s. indo dra. 1. s. uel caßia unc. 1 . Ellectu. ind. & de succo ros. ana. dr. 1. uel Accipe reubar. dr. 1. s. Agarici infusi in oxymellite dr. 1. exhibe cum iure, pulli gallinacei. urinam cientia sint temperata, alioquin ægrotum ad capitis aliquod apostema perducerent. ex Sauonarola. Arnoldus de uilla noua præcipit tertio uel quarto die secari basilicam uenam uirtute, ac ætate non repugnantibus. quod non semper obseruandum censeo, sed quando ea quæ uenæ sectionem indicant, adfuerint. mox exhibet serapium ros. uel uiola. cum frigida, uel saccarum ros. recēs. ad uentriculi roborationem, apparente uero cōcoctione hoc purgat de cocto. qđ accipit polipodij quercini recētis munda-

ti, a cortice exteriori dr. iiij. terantur cum dr. 1. s. seminis fœniculi, et buliant cum. xxv. prunis siccis. addito dr. ij. mirabola. citri. uesperi, mane autem colo trãssfundatur, propineturq; sufficienti quantitate. uel purgat aqua cui reubarbarũ infusum fuerit una cum serapio uiolaceo. existente autem hyeme uel autunno exhibet oxymel scilliticum, uel diaprunis, uel electuar. de succo ros. si pituita extra uasa relinquatur (inquit ille) prouocabis uomitum decocto seminis radicum, uel raparum, uel rapistrorum uel, atriplicis, uel raphani. Hæc Arnoldus.

De Causo.

Febris ardens quam græci καῦσον appellant fit cum uenulæ tempore æstiuo exiccatæ acres & biliosas, quæ tenues sint, trahunt ad se humiditates, quas ἰχῶρας uocant. fit autem magna ex parte longum ob iter, longãq; sitim. ex hippocrate. 4. de uict. rati. in. mor. acu. scio equidẽ nonnullos inquit Gal. ob liberalem uini quod tethalassomenõ uocãt, potionem causo fuisse correptos, ueluti et alios ob salsamentum, salsarumq; carniũ atq; aliorum quorundam salsorum usum immoderatum. alius ex ambulatione & æstu ueniens, primum quidem lauit se, deinde domũ ꝑductus uini misti plus bibit, cœpitq; protinus affici causo. alius autem ob iram, & alius ob uigilias causum incurrerunt. si quidem calidæ omnes causæ & siccæ causos progignere possunt. si ergo in una quapiam corporis parte affectio ea fiat, in ea

solum qui erysipelas referat, affectus quispiā erit, uerum si uenæ totius corporis supra modum exiccatæ calidas carnosis e partibus humiditates traxerint, in toto corpore fiet quæ causum referet affectio, causus uero proprie dictus nō caliditatis, quæ p totum sit corpus præstat modo uehementia, uerum quoq; & siti. nam sitis in eo uehemens est, & incompescibilis. deest ergo dictiōi hippocratis de causi generatione sermo de partibus, quem nos nuper adiecimus, nempe in una corporis parte quæuis sit illa, interdum causus gignitur, interdum & toto in corpore, uerum cum in toto fit corpore, sitim omnino parit, cum uero in una parte non de neceßitate, nisi pars ipsa sitim pariat omniū autem primū, & maxime id facit os uentriculi. deinde uentriculus, atq; ab eo stomachus, post pulmo, & subinde ieiunū intestinum. hæc Gale. 4. acutorum. Auerroes. 4. collect. cap. 28. censet causum fieri a cholera æruginosa aut praßina, & censet acceßionem huius esse longā, ob illius humoris inobediētiam ad coctionem: at Auerrois pace dixerim me nunquam induci posse, ut arbitrer ab his bilis generibus, posse fieri caus. quoniā cum abundant semper faciunt lætales ægritudines, neque induci possum, ut arbitrer in membris in quibus est harum febrium minera, quæ a Galeno iudicatur iecur, stomachus, & partes cordi propinquæ tātam huius bilis portionem colligi posse, ut febrem facere poßit, nam priusquam febrem hanc incideret homo moreretur. minus uerum arbitror quod

dicit accessionem esse longam, quia breuissime interreunt quibis generibus bilis abundant. Hæc Antonius Musa ad uersus Auerroem. differt Ardens a tertiana quoniã febris, ardens habet in uenis una cũ sanguine bilem plurimam ebullientem. tertiana uero eandem bilem habet in toto corpore latã ac motam. 4. aph. 58. Gal. differt quoque quoniam cum rigore non irruit, neq; intermittit. Aetius.

Differt a continente putrida, nam continens a principio usq; in finem unam habet exacerbationẽ, Ardens uero alternis diebus exacerbatur, et quandam habet febris imminutionem, ac ueluti remissionem. ex Aetio. Ex synocho fit causus nonnunquã. accidit omnium maxime iuuenibus. tum pueris, et in primo senio constitutis ex Sauonarola. Est itaq; febris ex flaua bile putrefacta, incensa, continua, ardentissima ex Aetio. corpus ueluti ab ossearia lassitudine habitum laborat, dolet. ex Hipp. accidit uero hæc ulcerosa lassitudo ut ibi Galenus docet pp tenuuium humiditatum acrimoniam. fit quoq; & lingua aspera, sicca, & ualde nigra, uentrisque morsu dolet, deiectionesq; & liquidæ, & pallidæ fiunt, urgetq; sitis uehemens, & uigiliæ, atq; interdum mentis aberratio. Ex Hipp. 4. acut. quorum omniũ causam ita reddit Gal. lingua sane arescit, q tota corporis affectio, sicca sit & calida, febrisq; talis, uentris uero morsus pp tenuuium humiditatum, quæ illuc confluunt acrimoniam oritur (in latinis codicibus deest acrimoniã nos ex græco reposuimus) deiectiones autem p suc-

ei redundantia, liquidasq; eas dixit, nullo pacto con coctas exprimẽs, coctio.n. omnia cogit, incrassatq; qui autem ita habent uigilant ob siccitatem, de sipiẽ tiã uero fieri sciuimus ob eã, quæ ad caput recurrit bilẽ, & ob tẽperaturæ caliditatẽ, siccitatẽq;. uentrẽ morderi, & biliosa deijcere non sunt ex his quæ ꝑpetuo insunt, accidunt.n. his qui uentrem heparq; causi ueluti sedem habet, uerum his qui pulmonem hæc non admodum contingunt, sed quæ deliquia dicuntur, & desipientia magis. difficulter etiam et hi spirant, ea scilicet quæ densa & magna est spirandi difficultate, efflãtq; cõtinẽter os aperientes, igneiq; spiritus effusione leuantur. lingua uero ob immoderatam caliditatem nigrescit. Gal. Vrina rubet., tenuis est, incensa, lucens, & scintillans, ut ignis, in superficie liuens, aut nigrescens. aliquando cruda est ualde ob copiam obstructionum, quandoq; liuẽs ac turbida ꝑꝑ redundantiam putrefactionis: magna in oculis apparet inflãmatio. pulsus est magnus, uelox, frequẽs durus. ex Sauonar. Præterea notandum est duo esse causi genera, nempe exquisitum, & nothũ, ut tertiana. Causus igitur nothus fit a pituita salsa putrescente quem hipp. ita describit. Aluus soluta, sitis magna, lingua aspera, sicca, salsa, urinæ defectus, uigilia, & refrigerata extrema, accidit uero ut ibi Galenus docet extrema refrigerari non semper, uerũ qñ malignus fuerit morbus, ob uirtutis imbecillitatẽ, phlegmones totũ ad se sanguinẽ trahẽtis magnitudinẽ, urinæ aũt defectus ꝑꝑ humorũ craßitiem,

Præsagium.

SVdores frigidi cum acuta febre mortem signi=ficant. 4.aph.37.quæcunq; febres non inter=mittentes tertio die ualidiores redduntur, periculo=sæ. 4.aph.43.a febre ardente habito rigore superue niente, solutio. 4.aph.58. Vbi in febre non iutermit tente difficultas, spirandi, & delirium acciderit læ=tale. 4.aph.50. In febre non intermittente si labrũ, uel oculus, uel nasus, uel superciliũ peruertatur, uel non uideat, uel non audiat, iam debili existente cor=pore quicquid horũ euenerit mors proxima est. 49. si rigor incidat febre non deficiente, ægro iam debi=li lætale est. 46. Excreationes in febribus non inter=mittitentibus liuidæ, cruentæ, fætidæ, & biliosæ, omnes malæ, & si bene exeunt, siue per alui excre=tionem, siue per urinas, bonæ. si uero nõ aliquid eo=rum quæ iuuant per hæc loca excernitur malũ. 47. In febribus non intermittẽtibus, si partes exterio=res frigidæ, interiores uruntur & sitim habeat le tale est. 48. q̄bus plurimũ siccæ tusses leuiter irritã tes in febribus ardentibus fiunt, non multũ siti infe=stantur. 4.aph.54. si e naribus fluxerit sanguis, so=luitur ægritudo, atq; si sudores superuenerint, iu=dicatorij legitimi, cum urinis albis craßisq;, & læ=uibus subsidentijs. et si abscessus aliq̄s factus fuerit, uerũ si absq; his soluatur, reuertetur ægritudo, uel coxa uł crus dolebit, expuetq; crassa si sanus est fu=turus. 4. de rat. ui. acut. Febrientibus acute si inter duos digitos, in manu tumor niger, in modum hor=

biliæ uisus fuerit, & si dolor erit ab initio ægritudinis, & lauacrum affectauerit tertio die discedet. ex sorano. iudicatur autem breuißimus nona, aut decima die, longißimus autem decima quarta. solet etiam in pipneumoniã transire. & pauci tũc effugiũt. ex libro de affectionibus quẽ hippo. ascribũt, Galenus polybi esse dicit. Stomachus cui doluerit et acute febrierit si in destero pede pustula ei nascatur acerrima, & nullum desiderium habuerit, uicesimo secũdo die morietur. ex sorano.

Fluxus uẽtris aut uomitus ĩ causo malũ ex Arnoldo. statim a principio rigor ꝓpriũ est signũ prauitatis Gal. in primũ de morbis uulgar. com. 2. aph. 74. Causus adueniens in hyeme cæteris paribus deterior est. cum accidit ualde senibus perimit, in pueris minus est quàm in iuuenibus periculosus, Vrina ꝑturbata, crassa, liuens, urinæ stillicidium futurũ ostẽdit. si neque concoctionis signa contingant, nec uirtus sit robusta seruari non potest. si ante septimum morbus regius acciderit peßimum. rigor ante signa concoctionis. malum. rubor in facie & oculis cũ graui & horrendo eloquio, mortem ostendit ex Sauonar. si urinæ hypostasis appareat alba significat futuram cottidianã, si fusca tertianã, si nigra erraticam, uel quartanam. hypostasis rubea instar piramidis, bonum. si urina fuerit decolorata & pauca, ualde malum, præcipue si careat hypostasi. si urina fætida, pauca, pinguis, uel nigra, cum difficultate mingatur mors proxima est. ex Arnoldo.

Historia.

VIrginem quandam larissæ febris cœpit ardēs, & acuta, sitibunda erat, lingua fuliginosa et arida, urinæ boni coloris, sed tenues, secundus fuit dies laboriosus non dormiuit, tertio aluus multa reddidit aquei coloris, proximis diebus erant talia cõmode, quarto urina tenuis & pauca, habebat suspensas nubes, non subsidebant, sub noctem delirauit, sexto ex naribus large multum fluxit, in horruit, ac mox sudauit, toto corpore multum, & calidum a febre est liberata. dum febricitaret, & iã iudicatæ, menses tũ primũ prouenerũt, ꝑpetuo autem fastidiosa erat, & horrebat. facies rubicunda erat, oculi dolebãt, caput graue erat, huic nõ repetijt, sed iudicata est, dolores diebus paribus. 3. epid. aph. 83. Abderæ Heropito caput dolebat, nec decũbebat, qđ tñ fecit paulopost, hic ad superiorem uiã habitabat, captus est febre ardēte & acuta, primo uomuit multa biliosa, sitibundus, multum implacidus, urinæ tenues. nigræ, nubes sublimes, interdum non. noctē habuit molestam, febris alias aliter accedebat, sed fere inordinate, ad diem quartum decimum surditas, febres creuerunt, urinæ eædem fuerunt, uigesimo multum ex naribus sanguinis profluxit, menteq; cõstitit magis, surdus quidem sed nõ perinde fuit. sed febres fuerunt remissæ, proximis diebus crebro ex naribus sanguis, & paulatim erupit, ad diem sexagesimũ narium quidem substitit profluuium, sed dextera coxendix admodum dolebat, febresq; increuerũt, haud

multo post partes inferiores omnes dolebant, fiebat autem ut uel febres maiores essent, maiorq; surditas, uel hæ quidem remitterentur, alleuarenturq;, uerum partes inferiores ad coxendices sitæ uehementius dolerent. Iam uero circa diem octogesimũ cuncta remissa sunt, nihil tamen destitit. etenim urinæ boni coloris et copiosiores, cum subsidentibus exierunt, deliriaq; imminuta sunt. ad diem centesimum aluus fuit turbata multis biliosis, durabantq; diu multa talia, deinde dysenterica cum dolore. reliqua leuia fuerunt. paucis febres eum relinquerunt, discesitq; surditas, cẽtesimo est absolute iudicatus. ibidẽ, aph. 80. aliã habes historiã apud eũdem aph. 78. Quicunq; ex febre ardente moriuntur oẽs præsiccitate moriuntur. & resiccantur primũ quidem extremæ ipsorum partes, manus ac pedes, deinde partes sicciores, ubi autem humiditas penitus ex corpore fuerit exhausta, ac resiccata sanguis quidem cõgelatur penitus ac perfrigeratur, reliquũ uero corpus exiccatur ac sic homo moritur, libro. 1. d'morbis.

Curationis methodus.

PRimum itaq; leniter ac blande hanc febrẽ aggredi oportet, ubi uero concoctionis signa apparuerint in urinis, & morbus iam uiguerit, acrius instare, & ad frigidæ potum accedere. nisi & hic aliquid prohibeat, ex his quæ de cõtinentibus febribus relata sunt. prima uero auxilia in febre ardenti sunt, decubitus in locis frigidis, qui ad purum aerẽ patent ac pflantur, stratum molle & sæpius reno-

uatum, amicula aßidue permutata, & satis gracilia, & non sordida, lectus sit abunde amplus, quo poßint mẽbra calefacta subinde ad alias, atq; alias eius partes transferri, & per flabellum aer ignauior concitetur. Epithemata conueniunt pectori, ac stomacho imposita, palmulæ cum uino, & rosaceo, aut melino tritæ, sunt & frigefacientia cõmoda, uelut sunt pãpini uitis triti, seris, polygonum, plantago, ramenta cucurbitæ, lactuca, rumex acutus. singulis autem ammisceantur micæ panis præmadefactæ, aut polentæ. oportet tñ aßiduos horum usus deuitare. at uero paniculi linei cõplicati moderate graciles, aqua & oleo calido imbutæ, & pectori ac stomacho impositæ, ardentem febrem mirifice mitigant. sed & aqua & oleum calidum, aut aqua & oleum rosaceũ, ex alto in pectus delata per lanæ manipulum, uehementiam ardoris facile obtundunt. oportet aũt abũde calida esse aquam & oleũ, aut aquã & rosaceum. tepida. n. partium firmitatem exoluunt. si uero parum nitri his ammistum fuerit, sudores excludere poterunt. in ardentißimis autem febribus, etiã aceti parum ammiscendum est. nam & hoc quod debet facit. cibi porro offerendi sunt humidißimi & nihil acre habentes, uelut sunt lactucæ, caules cum posca aquosa feruefacti, & cucurbitæ similiter cũ posca. sed & ptissanæ succus tenuuior dandus est absq; sale, aut alio additamento. & aliqñ post cibum aquã frigidã cochlearij unius, aut duorũ mensura absorbeant. aut sit potius ipsorum potus in totum lactei

teporis. sed & aqua frigida fracta colluẽda, & gargarissanda præbeatur. & rosarum succi cochleariũ absorptum stomachũ refrigerat. quin & alia animi oblectamenta procurentur. folia uitis uiridia, item myrti, ac rosarũ ꝑ pauimẽtum spargantur, et aqua frigida frequenter irroretur, & aquæ salientes, in uicinia sonũ edant. tempus autem frigefacientium epithematum ac similium est uigor exacerbationis, nam in principijs, ac augmẽtis exacerbationũ, dum adhuc inæqualiter affectum est, & caliditas circa uiscera residet, si hæc adhibeantur diffundunt quidem sensum, uerum repellentia caliditatem in profundũ maius detrimentum inducunt, incluso intus feruido calore & rursus febrem ardentiorem efficiente. at in uigore exacerbationum expassa caliditate ꝑ totũ corpus facile extingui poterit ea, quæ adhuc reliqua est circa uiscera. nam & melius spirantes, & minus siticulosi fiunt, his in tempore adhibitis, Et ipsorum roscido uapore excluso, ad somnũ conuertuntur. Cæterum instante iã uigore totius morbi, & nullo ꝓhibente ex his, quæ in continenti febre relata sunt, tẽpus iam est frigidæ exhibendæ. In quibus igitur cõfidimus nullum ex uisceribus, neq; caput læsionẽ incursurũ, sincærã sane frigidam exhibemus. In quibus uero metus est, atque is uel minimus impedimento est, pro prima uice fractum exhibebimus potum, siue frigidam. frãgitur autem si quis tẽperatæ aquæ calidæ cyathum unũ ad quinq; frigidæ puræ ammiscuerit, atq; talis potio suspectis corporibus exhibe=

tur quidam uero olei rosacei cyathum frigidæ exhibendæ affundunt, & sic exhibent, ipsum.n. rosaceum non ualde frigefacit, & oleositas eius corporibus intus oblita, non permittit ipsa a frigida aqua lædi. & simul firmitatem quandam exhibet uentri rosaceum, & lubricitatẽ pp oleositatem. quidã pro rosaceo melinũ exhibent. Porro balneum illis solum conuenit in ardẽte febre, qui citra tumorẽ aliquem inflammatum, aut erysipelatum ægrotant, ubi concoctionis signa apparuerint in urinis. quod si quis iuuenis sit carnosus, tempore æstatis, & constitutione calida ac sicca, febre in uigore existente, & concoctione in urinis apparente, citra uisceris alicuius inflammationem & in lauacrũ frigidæ natatoriũ seipsum inijciat, atq; natet, sudores utiq; cõmouerit. si uero etiam ad frigidæ balneum adsuetus fuerit, ualde confidenter hoc auxilio utatur, quibusdam.n. statim uenter biliosa egeßit, at si moderata est febris, & uires robustæ, una cum concoctionis signis prosunt ipsis balnea dulcium, ac temperatarum aquarum, & ex ungentis chamæmelinũ, præsertim si aer ambiens frigidus fuerit. nam si aliqñ contigerit ut frigido existente ambiẽte æger fortiter a febre exuratur, modicã salutis spem de ipso habere oportet: si uero neq; concoctionis signa adfuerint, in tali aeris statu, neq; uires fortes habere apparuerit, talẽ seruari impoßibile est, quare neq; lauabis ipsum, neque inunges rarefacientibus medicamentis, neq; uinum dabis neq; frigidã, in quibus.n. desperata est sa

lus, uanũ est auxilia multos seruantia imperitorum calumniæ exponere. proinde ego sane medicos quosdam noui methodi ignaros qui imitati sunt ea, quæ, a nobis fieri solent, & usi sunt his auxilijs in his qui penitus mortui fuerunt, & neq; quicquã profecisse, & oportunum ipsorum usum suspectum ac horrẽdum fecisse. at nos & temporũ occasiones, & auxilia describimus, in his q̃ curari possunt. etc. ex Aetio. Hippocrates ita curandos præcipit. Huic aquæ mulsæq; coctæ & aquosæ quantum uoluerit, bibendum dabis. quæ uerba Galenus sic interpretatur, ut neq; aquam solam, neq; mulsam solam his propinandam præcipiat, qui causo laborãt. rationem uero reddit, inquiens, scis etenim aquã q̃d natura frigida sit, tarde penetrare, & quãplurimo tempore in hypocondrijs manentem corrumpi in acutis morbis, mel autem facile bilescere. ob id mulsam aquosam dari iubet, ut aqua nulla in superiore uentre facta mora, a misto melle ad distributionem trahatur. ob eas causas & coctam ipsam exhibent. nempe quàm cruda sitim magis arcet, & flatu magis uacat, urinasq; magis ciet, ut quæ cruda est deiectionem. & paulopost. Cæterum qui ita laborant citra ptisanæ succum mulsa nutriendi sunt. hæc Gale. quod si os amarum fuerit (inquit Hipp.) uomere cõfert, & uentrem subluere. uerum si ad hæc non aperiatur lacte asinæ cocto purgabis. Galenus uero docet nos posse uti solo etiã sero, q̃ quidem separatur p̃ oxymeli, ubi lac ante coctum fuerit, separatur quoq; a caseo serũ si uas

æneum frigida plenũ aqua continenter in lac demit-
tes. sorbitionẽ uero nisi dies iudicatorij transierint,
non dabis Hipp. quod quidem seruandũ Gal. monet
si robusta sit uirtus.

Monet Auicennas, ut anhelitum causo laborantium
obseruemus, nec sinamus pectoris illorũ partes con-
uelli. & in maximis uigilijs serapiũ de papauere ni-
gro exhibet, in uigore autem morbi trociscos de cã-
phora, sed ego abstinerem, uidetur enim campho-
ra quam habemus potius calefacere quàm refrige-
rare. laudat quoq; serapium acetosum cũ emulsio-
ne sem. cucumeris, endiuiæ, portulacæ ana. dr. ij. ace-
tosi uero dr. xxv. usq; ad. xxxv. docet quoq; balneũ
ipsis congruere ac prodesse præcipue uero ijs qui
causo ex salsa pituita ægrotant, cum tamen paulus
agineta, in eo causo dãnet ac inutile affirmet. Cuius
hæc sunt uerba. τοις δὲ δι' ἁλυκὸν χυμὸν καύσον νο-
σοῦσιν οὐκ ἁρμόσει. i. qui ex salso humore febrim
ardentem concæperunt, his est inutile. & mirandũ
est Auicennam tantum medicum cæcutisse in re tam
manifesta cum Galenus apertißime. 3. de rat. uict.
com. ultimo dãnet in huiusmodi balneum, & ratio-
nem reddat hoc pacto. quo fit ut ex febre ardente la-
borantibus his tantum opituletur balneum, qui sine
tumore uel phlegmones, uel erysipelatos laborant,
feruente in ipsis per totum corpus bile, quod si co-
ctionis signa habuerint, his multo magis conferet,
uerum si æstuosa febris ob salsam pituitam oriatur,
aduersißimum illis esse balneũ scire oportet, neq;. n.

pituitosus humor, ut biliosus per cutim euacuatur, propterea quod tum crassus, tũ glutinosus sit. neque extinguitur longa egens concoctione. contra exquisitã febrẽ æstuosã algorifica remediorũ, quorũ usus probatur, auxilia sunt ex oleo rosato cõcinantæ medicinæ, quæ febres fugant, λυξιπυρετοι, a græcis uocatæ quibus admiscendus est liquor herbarum infrigidantium uerbi causa succum umbilici ueneris, acetosæ, atriplicis, portulacæq;. ac sedi. & solani, halicacabi, plantaginis, atq; id genus cætera frigorifica. Alexander Trallianus.

Potus inquit Sauonarola sit aqua hordei, uel comunis cocta cum succo granatorum, aut aranciorum & sacchari momento. uel zulapium uiolaccũ, aut rosaceum cum aqua. de uenæ autem sectione dicit raro contingere, ut conueniat in causo, id ipsum uero est quando in urina est rubedo, & ipsa est turbida. secat uero basilicam, semel atque iterum sed parum sanguinis elici iubet. partes principes, ut uentriculum frigidis roborat medelis. post uenæ sectionem Arnoldus exhibet serapium uiolaceum, uel ros. cum aqua frigida, uel sacharum ros. ul' triasan. cibatq; mica panis ter, uel quater lota cum saccharo seri, portulaca, farina hordei, amigdal'. & huiusmodi. 4. uel. 8. die purgat hoc decocto quod accipit. Adianti, lichenis, seris, buglossi, ana. M. ʒ. uiol. dra. ʒ. seminum com. contusorum drac. ij. pruna. xxx. zizipha, Mixa, ana. xx. coquantur omnia in. ʒ. q. aquæ, & colo transfundantur, colato iuri adde cas=

ſtæ dr.ij.oxymelitis.ſ. tamarindorũ,diaprunis, ſaccbari uiola.ana.dr.1.ſaccbari roſ.unc.1.5. reubar. triti infuſiq; in ſucco ſeris qui iam reſederit dr. iij. & ſi maiori egeat purgatione, addatur mirabolanorũ citrin.dr.1.5.decocti plantaginis, dr.ij.monet uero ipſe arnoldus in principio cõpetere purgationem ſi materia pruriat (ſic.n.uerto libentuis ὀργᾷν quàm turget) ſi uero non pruriat.xiiij. diem expectat nempe ipſam coctionem. laudat inter ea quæ igneum calorem alterant, ſerapium de ſucco cucurbitæ, de ſem.comunibus. de pſillio. acetoſũ, uiol. roſ. exhibet quoq; aquã panis bene cocti ac fermentati. ponit.n.panem in aqua frigida, donec probe molleſcat, dein colat, & ſacchari momentum addit, cum lubet. terantur (inquit ille) ſem.comunia, ad quantitatem dr.iij.plus minus.ſuper inijce decoctũ hordei feruens, poſtea cola, adde ſacchari parum ac penidiarum.hæc aqua intemperiẽ ignis mulcet, ſitim ſedat, urinam ciet. Hæc Arnoldus. Brudus luſitanus exhibet panis offam, infuſi in aqua intubi domeſtici (endiuiã uocant) & ſucco mali punici acidi, ſimulq; decem aut duodecim pruna, in aqua tantum percocta, modico ſacchari ſup aſperſo. præterea prunorũ acetoſorum ad dulcorẽ accedentiũ quantũ manu capi poßit, bugloßi recentis eadem menſura, lichenis, duplũ. hordei ab utroq; cortice exuti, triplum. coquito oĩa cũ pullis duobus teneræ ætatis pinguibus admodum. tandiu ut hordeum rumpatur, febrilem calorem mulcet, facultatem coctricem iuuat quod ſi

facultas

facultas imbecillis sit, aut habitus rursus, aut multo cibo æger assuetus, craßiorem sorbitionem, hordeo expresso multoties, impredictum ius efficito, aut medulla panis infusi in aqua endiuiæ, in idem pulli decoctũ dissoluta, sorbitionem conficies magis nutrientem. uel pulli etiam carnes febricitanti ministrato. si uero debilia fuerint symptomata, uirtute robusta existente, habitu & assuetudine, ut supra habentibus, sorbitione utere hunc in modum. hordei ab uno cortice exuti. M.iij. Adianti, cimarum lupulorũ, passularũ enucleatarum ana. M.1. coquantur cum pingui pulla, hora una antequã ab igne amoueas, immitte aceti albi. q.s. ut acetũ gustatui se offerat, huius partem seruato, ut bibat inclinante febre. sorbitionem ex reliquo cum pane conficito. assa gallinaceorũ hepata, quæ nonnulli medici continua febre laborantibus concedunt minime probat, q. nimis diu in uentriculo immorentur, q. exiccent, sitim faciant. Ego (ut dicam quod sentio) in ardenti febre uenam minime secarem, ea ductus ratione, quod huiusmodi febris biliosißima est, atq; ut plurimum in tempore anni ualde æstuoso accidere solet, quibus a uenæ sectione prohibemur ut docet Hipp. vi. de morbis uulgaribus aph. 44. cuius hæc sunt uerba. Impeditio in cruenta ex puctibus tempus anni, lateralis morbus, bilis. quæ Gal. Come. 3. sic exponit. prohibentur illi qui cruenta reijciunt, a uenæ sectione, ob anni tempus quod aduersetur, aut pp affectum lateralẽ, uel pp redundantem humorem, si is biliosus sit. quod pp

anni tempus patet, nam calidioribus anni temporibus quemadmodum sub exortu canis, a secanda uena nos continemus, & pari etiam pacto si homo ualde sit biliosus. periculum igitur in hac febre ne sanguine euacuato, bilis postea magis efferuescat. si uero fieri posset sãguinis eductio usq; ad animi defectionem nõ improbarem nam ut docet Gal. in. 23. aph. lib. 1. in ardentißimis febribus si usq; ad animi defectionem sanguis mittatur, statim totius corporis habitus refrigeratur, & febris extinguitur, & plurimis etiam aluus citatur, et sudores emanant, & quidã eorũ ex his sanitati sunt restituti. alij adiuti plurimũ uehementiam ægritudinis absciderunt. hæc Gal. Macer de portulaca sermonem faciens hæc dicit, Inde iuuat febrem quã dicit græcia causon. de qua portulaca hæc legimus apud Aetium. Portulaca si probe teratur, adiecto ouo crudo integro absq; putamine, modico rosaceo, acetiq; momento, si eo illinatur uniuersum corpus in ardentibus febribus penitus extinguit, ut neq; amplius ulla exacerbatio cõtingat. Mel rosaceum (inquit sylũius in Mes.) colatum febres ardẽtes etiam in accesßionis uigore. datũ larga copia, tempestiue & cocto iam morbo, sæpe extemplo soluit sudore, uel deiectione.

De causo ex salsa pituita.

IN febre ardente quam pituita succendit, gelidæ aquæ propinatio, & omnia frigorifica, proscribenda sunt, calorificis uero & tepidis potius utendum, uerbi causa de semine lini sine adiectione epi=

themata, non raro uero & ex polenta hordeacea, in aqua cum oleo chamæmelino elixa. quod si ex lanicio pãnum in elixatione sertulæ campanæ madidatum uentriculo imponas, præsentius erit auxiliũ. non etiam, dubium est, quin suppetias minime ficulneas tuleris, si pãnum oleo quopiam, & decocto chamæmili imbutũ, uel oleum rosarũ, uel de uuis acerbis admoueas. quæ quidem epithemata etiam legitimo causo summopere prosunt. ex Alexãdro Trall. abstinendi sunt, a balneo ut supra demonstratum est.

De quartana.

TErtiũ febriũ intermittentiũ genus est exquisita quartana, q̃ñ ex solo atræbilis humore generatur, qui frigida ac sicca cõstat temperatura, ex Gal. 2. de diff. feb. cap. 5. Hæc manifestißimum sui præbet indicium in principijs acceßionum, q̃ñ rigẽt adhuc qui quartana laborant, eorumq; pulsus satis tardi sunt ac rari, quũ autẽ consistit febris, atq; etiam augetur, necesse quidem est ut ueloces fiant, atq; frequentes. seruatur tamen & tunc propria ipsius tarditas, ac raritas, si additam uelocitatem atq; frequẽtiam, in acceßionibus mediteris. & quidem si comparaueris quartanæ febris consistentiam tertianæ consistentiæ, non parum uelocius, atq; frequentius, in tertianis pulsus arteriarum moueri uidebuntur, & ipsius unius motus inæqualitas, in quartana febre formam eius monstrat, nã quæ omnibus comunis est febribus in uno pulsu inæqualitatem in hac manifestißime licet comprehendere. multo. n. uelocius prin

Causæ.

Signa.

cipium finemq; motus inuenies quàm medium, non tñ in tertiana ita se habet, breuis. n. in ipsa est uelocitatis excessus, atq; in consistentia præsertim, uerũ & caliditatis indicia diuerso modo se habent. nam & æstum, & deustionem, & quendã uelut feruorẽ, qualiter in tertianis uidetur, in quartanis haud q̃q̃ inuenies. hæc igitur signa maxima sunt, reliqua uero externa, nã neq; hæc sunt omittẽda. sed & ægrotantis natura est inspicienda, si in ea atrabilis abundat, & tempus quoq; anni sit autũnus, & præsens status sit inæqualis. sic uero et loci natura, & morborũ peruagantium populariter, & si lien intumuerit, febrisq; sine ordine antecesserit, & ætas senior quam consistentium, & si cum sudore febres desinant, in his uero bilis flauæ uomitus minime est expectãdus, at quum febris cessauerit, si adhuc signum febris remanserit, pulsusq; his qui secũdum naturam rariores ac tardiores fuerint, quartana proculdubio erit huiusmodi febris. i. ad Glauc. ca. 6. succenditur autẽ paulatim ueluti lapis aliquis, aut testa, aut os, aut tale aliquod huiuscemodi corpus, frigidum & siccũ. ubi uero aliqua ex eo flãma fuerit accensa, nihil fumidum, aut a se incombustũ, in accessione relinquit. atq; ideirco in hoc humore plures euacuatiões fiũt, quã in pituita, atq; intermissio exquisite pura uidetur, quoniã & hic quicquid atræbilis fuerit accensum, exhauritur atq; dispergitur, idcirco & in eis talis est rigor qualis his qui uehementi gelu frigescũt, haud quã q̃ ei similis qui a soli perustis aut lassis, aut

ex medicaminibus aliquando calidis, aut quū super ulcera ponuntur, mordentibus fieri consueuit, necesse est autem hanc febrem antecedere quæcunque atrā aggregat bilem, in uitæ exercitijs, ac totius uictus ratione, & temporis statu, & anni tempore, ac regione. sic & laborantis naturam, & ætatem, atra bile abundare. 2. de diff. feb. ca. 5. Quartana exquisita omnem ætatem inuadit præcipue tamen inclinatā, Hippocrates autem in libro de septenario, uigoris ætatem dixit, idem asserere uidetur eundem hominem non bis quartanam febrem incidere, uerba eius sunt, primum quidem quartana febre idem homo bis neq; capitur, neq; unquā captus est, neque de cætero corripietur si semel sanus fiat, & hoc propterea iuxta propriam uniuscuiusq; hominis naturam, & ætatem uigoris contingit, necesse enim est uigentem hominis naturam, in hoc tempore quartana febre corripi, præterito autem uigore exolutam esse, & a quartana, & ab inuasione. Hæc febris non statim a primo die omnino irruit cum rigore, sed aliquando ex alijs in hanc fit transmutatio, ex his quæ erroneæ, ac inordinatæ uocantur. uerum in progressu rigor accedit, & cum augescente rigor etiā augetur: sensus autem ægrotis contingit, non uelut pungatur, & stimuletur cutis, uelut in tertianis contingit, sed & perfrigerantur uehementer, & uelut frāgūtur usq; ad ossa, proinde audire est ægros dicentes, quod oßium laßitudine tenentur, & carnē confringi imaginantur, & iuxta inuasiones quarta-

narum, arteria tibi ligata esse uidebitur, & introrsum retrahi, ac prohiberi a regressu, quare etiam si iuuenis fuerit æger, tamē senilis extremæ ætatis motum arteria imitatur, si. n. ægrotantis naturalē pulsum noueris, aut in principio exacerbationis alterius morbi affueris, nihil aliud expectaueris, quo minus pronuncies, irruentē a principio febrem quartanam esse, adeo immēsa quædam mutatio pulsus ad raritatem, ac tarditatem fit. Vrinæ uero in his principio quidem albæ, ac tenues, & aquosæ, nimirū pp materiæ crassitudinem percolatæ, progrediente uero morbo pro ratione coloratiores fiunt. & subsidentiam habēt crassam. sequitur aūt sudorū copia, circa exacerbationis declinationē. ex Aetio. quartanæ quæ ab adusta fit pituita, accessiones sunt longiores, inquit Auicenas, sed animaduertendum est nū pituita possit in atram bilē uerti exustione, uel congelatione ut Auicennas īpse & nonnulli alij qui eum sectantur asserere uoluerunt, Manardus igitur uir plane doctissimus hanc opinionem discutit epistola secunda octaui libri cuius hæc sunt uerba
Pituitam assari tantum in humano corpore nō credo, ut nigra in totum euadat, & quemadmodum ex Galeni autoritate, in expositione libri de spiritibus scripsit in suis aphorismis Moses, in atram bilē trāsire nullo modo potest, etiā si calor adeo fortis adsit, ut urat, cui quidē Mosi licet non sit in omnibus credendum nec uidere mihi illam Galeni comentationem hactenus licuerit, adducor tamen ut putem

eam fuisse Galeni sententiam, ex eiusdem uerbis secundi libri prognostici, pituita exassata in pectore in quo longe maior calor est quam in cerebro fieri sputum album, tenax, & rotundum, non nigrum asserentis. nec aliquo loco pituitosæ huius atræ bilis mentionem facientis. quam certe si alijs in locis, in peculiari cõmentario de atra bile in scripto non erat prætermissurus. adde quod si ut comunis nũc tenet opinio, ex Auicenna orta, quilibet humor per exustionem in atram bilem uertitur, quinq; numero erunt atræ bilis species, quare non poterunt omnes humores tam naturales quã præter naturales sanguine excepto, denario numero contineri, quod tñ uoluisse uidetur Galenus in fine secundi libri de uirtutibus naturalibus, Praxagoram laudans ad eũ numerum humores oẽs reducentẽ, quinq;.n. ad minus sunt biles & tres pituitæ, Adde etiam quod neque Ioannitius, neq; serapio, neq; Haliabas, inter atras biles alicuius meminerunt, quæ ex pituita generetur, Nullã præterea esse ultra ea quæ attulimus ex hoc probari potest, q̃ fieri nequit ut ex albo in nigrum mutatio fiat nisi p medios colores, imo et per medias substantias. norunt hoc chymici p multitudinem colorũ ad desideratum illud, quod corui caput uocant, peruenientes, quũ tñ in rem simpliciter albã non operentur, sed cui sit croceũ aliquod admistũ. uarios ergo nasci colores ĩ pituita erit necesse prius quã in atrũ colorem p exustionem permutetur, imo & uarias substantias. quarũ aliquæ ad pituitæ natu-

ram, aliquæ ad nigram bilem proximius accedant. iuxta maiorem minoremue adustionem. sicuti & in ipsa flaua, & pallida bile contingit, quæ primo in uitellinã, secundo in porraceã, tertio in æruginosam transit, priusquã in exactam atrã bilẽ trãsmutetur, sed in pituita tanto plures fieri medias substantias, medios colores, quã in bile oporteret, quanto maior est distãtia albi, quàm flaui coloris a nigro. Hãc autem pituitarum, aut nigrarũ biliũ uarietatẽ, neq; ad sensum percipimus, neq; apud medicos legimus de humoribus scribentes, & paulo post. neq; statim necesse est, pituitam congelatam ita exiccari, ut in melancholiam conuertatur, uidemus. n. aquã in gelu cõuersam, uirtutem adhuc humectandi retinere. At si maiorem in humano corpore fieri congelationem imaginentur, certe non maiorem faciet sicci tatem ea, quæ in gypsea uocata pituita reperitur, quæ tñ & nomen & colorem pituitæ non amittit. quæcunq; igitur humiditatis remißio in pituita intelligatur, sicuti mediam inter aquosam, & gypseam erit, ita necessario intra pituitæ limites continebitur. sed nonne uidemus in omnibus pituitæ speciebus ad extremam usq; duritiem, qualis in scirro sentitur peruenientibus manifestam albedinem ac luciditatem, tetro melancholiæ colori, & ut sequens est, his quæ eam consequuntur accidentibus aduersantem? quod animaduertens Galenus in comentario de tumoribus præter naturam scirrum a crassa, & tenaci pituita factum, ab eo separauit qui a succo fit

melancholico. si igitur pituita ad summam siccitatē euecta inter pituitas non inter atras biles numeratur, quo pacto res, quæ minorem habet siccitatē, debet atra bilis existimari? his itaq; et rationibus motus, & Galeni clypeo munitus, non uerebor ab Auicennæ & comuni recentiorum sententia recedere, nullamq; atrā bilē ex albißimo inter humores phlegmate, neq; p exustionē neq; p congelationē factam agnoscere. Hæc manardus qd igitur opus est signa quartanæ apponere quæ fiat ex atra bile per exustionem pituitæ, si huiusmodi bilis non inuenitur? Agnoscant demum eruditi arabibus fidem non omnino habendam in omnibus. & illorum scripta non legenda nisi exacto adhibito iudicio.

Sauonarola distinguit quartanam in ueram & notham, ueram appellat quæ a naturali fit melancholia, notam uero quæ a non naturali fit atrabile. & separatim apponit signa eius quæ fit ab atra bile p adustionem aliorū humorū, & eius quæ fit a melancholia naturali. & quoniā signa naturalis melancholiæ omnia superius ex Galeno & aetio a nobis recitata sunt, ne cantilenam eandem canā, non iterum adscribam, cum uero quartana fit per adustionem sanguinis, ut ille docet, incipit cum pauco frigore, & calor mitior est, declinat cū profluuio sanguinis ex naribus, urina est ruffa, aliquantisper crassa in principio, mox rubicunda apparet. terminatur cum sudore. signa sanguinis præcesserūt, dulcedo quædam in ore percipitur, parum sitit, somnus

est grauis, quæ uero fit ex adustione bilis flauæ, urinam habet ruffam, igneam, pulsum uehementiorẽ, ueIociorem, frequentiorẽ, ac durũ, citius accedit calor, amaritudo in ore sentitur, sitis est ingens, sudor uero copiosior. frons dolet, bilis e uomitur, uel soluitur aluus. non appetunt cibum ægrotantes, irascũtur, furiunt aliqñ, & inflãmantur, febris ex bile antecessit, temperies ægroti, anni tempus, uictus ratio præcedens correspondent. cũ naturalis aduritur melancholia, signa redundantis melancholiæ antecesserunt, incipit cum minori frigore, & citius calor accedit, non adeo inæqualis, ut in melancholia quæ nõ aduritur, citius quoq; declinat copiosiori cum sudore. principio quoq; urina est coloratior, ac subtilior pulsus uelocior ac frequentior, nec ita inæqualis. Hæc Sauonarola.

Præsagium.

A Quartanis capti non admodum a conuulsionibus capiuntur, si uero prius capiantur, & quartana superuenerit liberantur. v. aph. 70. Aestiuæ quartanæ magna ex parte breues, autunnales longæ, & maxime quæ hyemẽ attingunt. 2. aph. 25. nõ raro quartanam lapis renũ subsequitur, deterior est quæ fit ex naturalis melancholiæ adustione, deinde quæ ex adustione bilis flauæ, & cum diu perdurat, aqua intercus formidãda est, si aduenerit absq; splenis offensa securior est. in ualde, senibus non curatur. citius ea curatur quæ fit ex sanguinis adustione, facilius quoq; curatur quæ alias insecu-

ta est febres. ex Sauonarola. Longißima & quantum in ipsa est haud quãquam periculosa quartana. ex Gal. 1. ad Glauc. ca. 8.

Historia.

EVdemus philosophus cœpit die quadam a balneo inæqualitates, mox hora octaua horrorẽ sentire, quamobrem sine cibo coactus est permanere. sed & postero die quamuis nihil dequoqueri posset, sẽtiret, attamẽ securius iudicauit ut octauam horam securus pertransiret, ubi nil molesti aduenit, nec cũ ultra horam nonam securitatis gratia ieiunasset, mutatio nulla in corpore suborta esset, lauit, et parce cænauit, die tertia uisum est in ea quoq; suspectas horas sine cibo præterire. ab hora itaq; octaua lauit, sumptoq; mediocri cibo nil mali post hac sibi affore credidit, quarta demum die in balneum proficiscebatur, & cũ nihil mali suspicaretur amplius lauit moderate, & cibum sumpsit. septima die domi cõtinẽs sese lotus tandem est, & uberiorem cibum ingeßit. asserebant. n. illum a febre omnino liberum, sed nõ multo post calorem toto corpore sentire cœpit, quẽ cum ex uini potu ortum putaret, idipsum postridie familiaribus medicis exposuit, quibus itidem uinũ in causa extitisse iudicantibus, nil posthac molesti sibi euenturum ratus, quarta die ab ea in qua modo excalfactum dixi, & lauit & consuetũ uictus modum seruauit, quum uero aperte in ea febricitare cœpisset, satis compertum habuit se quartana uexari. conuocatis igitur præstantißimis medicis omnium qui

in urbe erant, petijt eudemus, ut de curatione consul tarēt, uisum est igitur ijs qui dignitate ante ibant, ut summo mane eius diei, in quo febris accedere debebat, theriacen biberet, quam summo mane accedentes medici propinarunt, & abierunt, porro nō expectauit insequentem circuitus diem quartana accessio, sed circa octauam horā insperato, altera præhendit, & quidem prima uehementior, at medici quum mane eius diei quæ priori proportione respō debat accessissent, medicamentum secundo propinarunt, igitur prior nihil morata aduenit, huic succedit quæ secundo emerserat, dein uero & tertia. quū igitur triplici quartana præmeretur, iamq; hyems media foret desperarunt de eius salute medici, omnia uero acciderunt ex intempestiuo theriaces usu, nam postea Galenus cui se philosophus credidit expectata morbi coctione theriacem exhibens tres et sexaginta annos natum, triplici afflictum quartana, hyeme media curauit. ex secundo cap. lib. de præcognitione.

Methodus curationis.

QVartanas ab initio leniter mediocriterq; tractare oportet, nullum forte medicamen aut euacuationem exhibentes, nisi forte sanguis uehementer superabundans appareat, & si uena incisa is qui fluit niger uideatur ac crassus (præcipue uero in his qui liene laborant huiuscemodi uisitur) audacius mittendus est, quod si flauus aut tenuis apparuerit, statim supprimendus. uenam uero secare opor-

tet uel interiorem, aut mediã quæ est in sinistro cubito. uictum deinceps instituere sine flatibus, ac optimum, uentrem quantum poßibile est mollem faciẽtes, his quæ usitata sunt, quod si hæc nihil proficiãt, clysteribus utendum est a principio quidem mollibus, postmodum uero acrioribus quale est q, accipit. Maluæ, chamæmeli, mercurialis foliorum uiolæ nigræ, añ. M. 1. folliculorũ senæ rad. polypodij ana. dr. 5. hemonitidis. i. lingue ceruinæ. M. 1. 5. decoquãtur omnia in. 5. q. aquæ ad tertias iuri per colũ trãsfuso admisceatur medullæ caßiæ fistularis unc. 1. compos. diasenæ solutiuæ unc. 5. olei uulgaris unc. iij. mellis rosacei, salis foßilis. ana. dr. 1. fiat clyster. ex fucsio. arcẽdi sunt autem, a carnibus porcorum, atq; ab omnibus edulijs, quæ tenacia sunt, & tardũ habent exitum. ac quæ refrigerant, exiccantq; corpus, uino uero utendum est albo, ac tenui, ac mediocriter calido, & uolatilibus, quæ boni succi sunt, & non in paludibus degunt. pisces autem adhibendi con coqui faciles, molles, carnibus nihil tenax habentibus, utendum est autem salsamentis, & synapi & certis diebus id medicamen quod diatrionpepereonuocatur uel diospoliticum est assumendum, & si quotidie piper tantum cũ aqua biberent, recte etiã facerent, a frictionibus autem & ambulationibus, & balneis, atq; alijs usitatis, non sunt penitus prohibendi, & si omnino possent a balneis abstinere, solis contenti frictionibus quãplurimum ex eo iuuamen admitterent, & si quartana febris breuis sit, neq; ad-

modum uiolētā, nihil nocuerit si diebus inter iectis, ad consueta exercitia se trāsferant, hæc quidem ab initio & usq; ad statum sunt peragenda, si uero in statu morbi præcipue ægrotus esse uideatur, tunc subtilioris uictus ratio est adhibenda, quam ante uel post statim præcipiendū est, ut diu conquiescat, ac uiſceribus prouidendum, ungendo atq; etiā emplastrā do his quæ mollire ac laxare poßint cuiusmodi, ex farina hordeacea, & semine lini, iride cumino chamepity, & ruta in aqua mulsa coctis. oleum quoq; a fomento cataplasmati miscendū est, oportet autē primū oleo fotu, p paucos dies irrigare, atq; ita cataplasmatis uti, epithematis autē utendū est polyarchio, eo qđ ex styrace paratur, et sīlibus. ex Aetio. deinde ijs medicamētis utendū quæ ciendi urinā uim habent, & si coctionis morbi indicia apparuerint, purgare oportet his quæ humores atros exinanien di uim habent, nō semel tantū sed sæpius si fuerit ne cessariū. utendū aūt & uomitibus statim a cibo, & si nihil prohibuerit elleborū albū est exhibendū, primum quidē pmistū raphanis, q, si nihil profecerit elleborū ipsum. qui uero nequeūt euomere hi p inferiora uehementius sunt purgandi, hisq; deinde medicamē confectū ex uiperis, in potu dandū, & alia que ad eiusce modi febres cōmēdātur ex quibus est & illud nobis familiare præcæteris laudatißimum quod succū cyranaicū recipit (qđ ita conficitur. Accipe succi cirenaici, Myrræ troglodyticæ, piperis æquales portiones. seorsum trita rutæ succo collige,

& pillulas finge, dantur oboli pondere uel etiã duorũ ut docet Actius & Achachias. 1. ad Glau. ca. xi. Cauendũ est aũt ne aliquid huiusmodi medicamentorũ ante statũ & morbi coctionem exhibeatur, ut ibidẽ Gal. docet. conuenit autẽ Epithymũ quartanis potũ, & ueratrũ nigrũ maxime prodest, eo quod citra molestiam euacuat, ea quæ molestant. Et uinum dulce in uacuũ colocynthidis calicẽ infusum. omnibus tñ miscẽdũ est apiũ, aut anisum, aut dauci semen iucũditatis gratia. assidue etiã betæ, ac ostreorũ decoctũ bibant, cõueniunt his quoq; aloedaria oribasij. quæ sic habẽt. Aloes dr. c. spicæ nardi, Asari, mastiches, croci, xylobalsami, ana. dr. vi. Cassiæ. dr. xij. Epithymi dr. xvi. ueratri nigri exempta medulla dr. 8. forma pilulas magnitudine, e rui, cum pulegij decocto, & exhibe pro uiribus. possunt & cũ melle cocto formari. Aliud Asclepiadæ, hoc etiam somnũ facit, quo etiã ipse utor, piperis longi, myrræ trogloditicæ, succi papaueris, castorij singulorũ pares portiones, efforma et utere obolũ unũ, aut dimidiũ exhibẽs cũ aceto mulso, duabus horis añ accessionẽ. Aliud ad quartanam, facit, & ad artrithicos hoc in quartanis dato præteritis duabus horis ante accessionẽ drachmæ unius pondere cũ aceto mulso, arthriticis uero cũ aqua mulsa. Accipit uero Bituminis un. 1. Myrrhæ troglodyticæ dr. ij. folijs mẽtæ uirẽtibus uissime tritis excipe ac utere ut prædictũ est. Quartana febre laborantibus niquit Archigenes trifolij bitumẽ olẽtis seminis dr. 1. ĩ tribus aquæ mulsæ cya-

this exhibere ſoleo. Mirifice etiã ipſis prodeſt bitumẽ ipsũ iudaicũ tritũ, potũ, cũ uino diluto drachmæ pondere. uerum pharmacũ minime moleſtum, & ſæpe ſucceſſum ſortitum expertus ſum ego hoc, maxime in quibus ſplenes tument. & hydrops initiũ capit. Hederæ corymbiferæ folia quinq;, cum myrræ troglodyticæ magnitudine fabæ trita ĩ aquæ mulſæ dulcioris hemina exhibentur. Sed & caſtorium potum rigores mitigat, & morboſam carnem cõſumit, & concoctionibus in uenis opitulatur, & ſegnitiem ad motum eximit. Rufi. abſynthij cremor humores uentrem infeſtantes, deterget, & concoctioni auxiliatur, unde neq; ſaliuã colligunt, qui abſynthiũ bibunt. mitigat etiam inflãmationes epatis, ac ſplenis, & urinas impellit, & menſes muliebres, At ſi æger adſuetus fuerit, et habitus uentris euacuatione gaudeat, & mordaces humores ſecedãt, lac recens mulſum aſininum, aut equinum, quibuſdã dedi, quos magis purgare uolui. alijs uero caprinum pp familiaritatem, & parabilitatem, exhibui autem ab initio heminas tres, & progreſſus ſum uſq; ad ſex, deinde intermiſſo uno circuitu, ſimiliter a tribus heminis incœpi, & addita cottidie hemina, ad ſex progreßus ſum, & poſtea detracta cottidie hemina una, rurſus per duos circuitus quieui. & ſimul morbus diſſoluebatur, & corpus nutriebatur, oportet autẽ animal boni ſucci eſſe cuius lac exhibemus, ſi uero alicui nõ aceſcit, neq; nidoroſum fit, neq; per uentrem erumpit, etiã in ſuſpecta die ſurbitionis loco moderate

dandum

dandũ est multo tẽpore ante acceßionẽ, & bucellæ panis modice super ingerendæ. At uero morbo in uigore constituto, apparente manifestißima cõcoctione, nullo uiscere læso, adsuetis tempore sanitatis, etiam aquam frigidam exhibui, duarum heminarũ mensura, instante iam prope inuasione. & re uera a multis rigorem prohibui, non parum sæpe etiam febribus exemptis. Melius est autem etiam forinsecus calefacere corpus cyprino, aut sycionio ante exacerbationes quidem, ne rigeant, sedatis aũt exacerbationibus, ne ab extra allabentibus perfrigerentur. Dioscorides porro dicit prodesse his, qui quartana tenentur febre plantaginis radices. iiij. siccas, tritas & in uino epotas. uerbenacæ rectæ quartus a terra geniculus tritus cum uino bibitur. radicis etiam libanotidis dr. 1. in uino exhibetur. quod si oleo illeueris totũ corpus, extremitates autem ex unguẽto aliquo ad rigores destinato in unxeris, & ægrum contectum quiescere sıueris, non experientur rigorem. hæc oĩa ex Aetio. Actuarius laudat Aegyptiũ antidotum, Aetites uero (ut idem inquit) amuleti uice gestatus ualet contra rigores qui circuitu repetunt. & præcipue ad cottidianas, quartanas, & morbos articularios. comẽdat quoq; antidotum pulegij duabus horis ante febris significationẽ desumptũ. accipit uero Pulegij semunciam, grana cnidia. xxiiij. piperis grana. xx. myrrhæ dr. 1. lachrymæ papaueris dr. 1. uino subacta in formas digerito, & trium obolorũ pondus exhibeto. Antidotum Hipocratis apud

eundem actuariũ in libro de comp. medicamentorũ prodest quartanis febribus ex oxymelite desinente luna. habet uero. calami odorati, iunci odorati, herbæ sabinæ, singulorũ unc. iiij. uiticis seminis, cardamomi, cyperi, crocomagmatis, ana unc. v. nardi celticæ selibrã. aspalathi unc. vij. pilularũ cupreßi unc. iij. rosarũ un. iij. ladami lib. 1. Myrrhæ, thuris, ana. lib. 1. baccas paruæ iuniperi xl. (hæc una tunduntur priuatim) nardi spicæ selibrã, costi unc. iiij. folij unc. viij. caßiæ selibrã, amomi unc. iij. (& hæc seorsum teruntur) masticbes un. iiij. (teritur priuatim) styracis unc. x. (styrax paulatim adijcitur præciosis bellarijs) terebinthinæ lib. iij. mellis attici, lib. v. uini ueteris quantum sufficiet ad bellaria maceranda, conficiuntur pure & diligenter melle excepta. hypochondrium sinistrum hoc unguento inungetur quod habet olei de capparibus dr. iij. oleorum irini, amygdalarũ dulciũ, utriusq; dr. ij. sem. apij. cumini, radicis iridis ana scrop. 1. ceræ. q. s. fingatur unguẽtum ex fuchsio. Notat Sauonarola magis incumbendum in hac febre siccitati, quam frigiditati: quare humectantia summopere laudanda, & exhibenda censet, præterea non adeo formidandam esse, dicit cibi potusq; frigiditatem in ea, quæ fit a naturali melancholia, ut in ea quæ ex adustione. quod uero tenuem principio uictum ex Auicenæ sentẽtia, postea craßiorem consulit rationi consonum non uidetur. quo. n. ꝓpinquior est status, eo tenuior uictus ratio instituenda est. Ad hæc monet abstinendũ ægrum, a

cibo in die acceßiõis, nisi aliquid aliud sit impedimẽ to. cõmendat uero inter cibos qui ægro tis huiusmo di conueniunt, carnes arietinas, perdices, columbos iuuenes, turtures, oua sorbilia, uuas passas, amygdala, mellopepones. calida ut porrũ aliqñ digesta materia conuenire affirmat. ut uentriculum roborent, humores incidant, abstergantq;. hæc ex ipso de ratione uictus censui non omittenda. Auicennas in die acceßionis exhibet dr. iij. mellis rof. cũ. dr. x. serapij acetosi, comendat etiam uomitũ eodẽ factũ die. q̃ si æstate accidat, exhibet primo secaniabin cum aqua hordei, tribus aut quatuor horis post acceßionem. quod uero comendet balnea, id Galeno medicorum principi repugnat, nam si poßint a balneis abstinere inquit ipse maximum ex eo iuuamen susciperẽt. nec uideo quam rationem sectetur Auicennas, ualeant igitur qui dicũt nesciretur medicina, si Auicẽnas deperderetur hoc. n. uerius de Galeno dixeris, nam si Auicennam demas, cogentur studiosi in Galeni libros incumbere, quorum lectione tenebræ omnes ab Arabibus inuectæ ueluti a clarißimo sole fugabũtur. nos autẽ in hoc uolumine græcos medicinæ scriptores insectãtes ab Arabibus ea seligemus, quæ aliquo modo probari posse iudicabimus. Euitari frigoris ac rigoris nocumenta docet Arabs alliorũ assumptione ac mellis cum serapio acetoso, mellino si pleno uentriculo aqua calida bibatur, & cieatur uomitus. quem quidem uomitum uel leuiorem facere acceßionem uel etiam tollere affirmat. quod si aluum

Auicẽnæ error.

ducere oporteat id ex uiolis, ſero lactis, & polypodio facit. purgã tia uero laudat, myrabolanos ſenã, epythimum, cum ſerapio acetoſo, in quo prius decoquit uiolas. apparente concoctione purgat epythimo, polypodio, Agarico, ſtæcade, lapide armeno, lapide lazuli, abluti, uel non abluti. ſucco foliorum minoris centaurij cum ſerapio mellino. facta euacuatione laudat trociſcos qui accipiũt. ſucci Eupatorij, croci ana. dr. iij. Aſpleni, Ariſtolochiæ rot. lactucæ, reubarbari, ſpodij ana. dr. v. ſem. acetoſæ, portulacæ, roſarũ, ſpicæ, cuſcutæ, aniſi, apij, radicũ capparis, granorum alben, ſem. fæniculi ana. dr. iiij. cum aqua apij fiant trociſci, & dentur in potu cum aqua fæniculi. endiuiæ, & cuſcutæ, cogit poſtea in unum purgantia medicamẽta hoc pacto. Accipe chebulorum dr. v. Epythimi, abſynthij ana. dr. v. Myrabolanorũ citrinorũ, ſucci eupatorij. Emblici, ana. dr. iiij. ſem. apij, aniſi, fæniculi ana. dra. ij. fiat decoctio qua decoctiõe purgetur facillime. pilulæ quæ ſi exhibeantur quinto quoq; die, ſummopere iuuant Accipe, Epythimi, turbit, ana. dr. x. carui, aniſi ana dr. vij. Ameos dr. viij. ſem. apij, fæniculi ana. dr. iij. polypodij dr. vi. Agarici dr. viij. ſalis indi, dr. v. hieræ picræ, dr. xv. fiant pilulæ cum ſucco mentæ, doſis dr. i. ſ. qñ accidit cum dolore ſplenis exhibet huiuſmodi pharmacum. Aſpleni dr. xv. Agarici dr. xij. myrabolanorũ nigrorũ, hieræ. ana. dr. x. chebulorum, Abſynthij, ana. dr. viij. ſuccaha, bedeoard, chamæpyteos, ſucci eupatorij, ana. dr. vij. fructus tamaricis,

radicum capparorũ, ana. dr. v. s. sem. apij, anisi, fœniculi, ana. dr. iij. fiat confectio, uel pilulæ. Hæc Auicennas. Magister Arnaldi Villanouani quartanas hoc modo curabat. primo materiam ipsam præparabat hoc pacto. R. succi endiuiæ, boraginis, fœniculi. depuratorũ ana. lib. 1. succi pomorũ dulciũ lib. iij. pimpinellæ, linguæ bouis, calẽdulæ, lauẽdulæ, Adiãti, Aspleni, ana. M. s. buliant herbæ in. s. q. aquæ quousq; pars tertia relinquatur, decocto addantur prædicti succi depurati, & additis sacchari li. iij. fiat serapium: apparẽte concoctione, hoc pharmaco purgabat, Accipe Myrabolanorũ citr. chebu. indo. ana. unc. s. uiolarũ unc. 1. florum boraginis unc. s. pruna sicca & lota. xxx. oĩa simul perfecte buliant, & cũ fuerint quasi decocta adde Epithimi hortensis dr. 1. buliant parũ, & tota nocte sub dio resideant, mane colentur, & addita dr. 1. penidiarũ calida exhibeatur. uel pilulas formato, datoq; tres uel quinq; duabus horis ante accessionem. quæ sunt huiusmodi. Accipe. Pæoniæ, gentianæ, castorei, absynthij, ana. dr. 1. Myrrhæ, opopanacis, cantaurij maioris, chamædrios, chamæpiteos, senæ, lapidis lazuli, aññ. scro. ij. conficiantur cum theriaca optima, & rubea trociscata ana, & fiant pilulæ instar parui cicæris. in die quietis mane ac sero exhibebat, quanta est castanea huius electuarij quod habet. Carnium myrabolanorũ, citr. ind. chebul. agarici, uiolarũ, ana. dr. iij. anisi reubar. fœnic. adianti, eupat. schenos anthos. capparorum, galangæ, ligni aloes, epithimi hortensis, nu-

cis myristicæ, cardamoni, lapidis laz. salis gemmæ ana dr. ij. confice cum melle, & saccaro. ana.
Experimentum optimum. accipe dr. 1. s. bonæ theriacæ, & misceatur cum dr. 1. succi mentæ depurati, & cum unc. 1. boni uini albi, odorati detur duabus horis ante accessionem. & ex eo quod in fundo cyathi remanserit inunge os uētriculi. itē scrup. iiij. Mitridati cum dr. ij. succi plantaginis. idem faciunt. Itē accipe succi radicis uerbasci, & tātundem boni uini, & propina quartanā omnino depellit. mira etiā operatur os de corde cerui redactum in puluerē, & potum cum uino, in quo decocta fuerint, diptamus, saluia, chamædrys, & chamæpithis. Itē oleū rutaceū pos & nares infusum principio accessionis, & statim æger assumat granū moschi, cū uino puro odorato, quartanam tollit. quidā Anglus referente Arnaldo quartana correptos hoc emplastro curabat ꝙ habet. farinæ triticeæ, cribratæ, thuris albi redacti in puluerē. ana. unc. ij. tēperentur cum succo mēthæ. fiat inde emplastrū et supra panniculū ante paroxismū applicetur tepidū a primo spondili spinæ, usq; ad coccyga. & tandiu ibi remaneat quosq; cadat sponte. & liberatur ægrotus. quidā ut idem testatur quartana correptus cum liberari non posset, a, medicis. quodā die pugnās cū inimicis suis qui eum aggressi erāt, cum esset dies accessionis liberatus est. alius cum in principio accessionis proijceretur in flumen, timore, liberatus est. unde animaduertendum hāc febrem præcipue cum declinat timore

quoque depelli. Ex ipso Arnoldo.
Io. Mateus de gradi, putat non conuenire quartana laborãtibus, ex adustis humoribus ualde calida hac ratione, quoniã & si materia frigida sit, causa tamẽ quæ humores ipsos adurit, calida est. proinde accessionis principio non utitur ualde calefacientibus, ut nonnulli consueuerunt, sed uesicæ bouillæ immittit, decoctum uiolarũ, florumq; buglossi, & cirsij, M. 1. Chamæmeli uero & meliloti, M. 1. 5. & extremis partibus corporis applicat. neq; dorsum theriaca uel mithridato inungit, sed urgente necessitate oleo anetino tantũ. in fine accessionis fere cordi epithema apponit, ut refrigeret, habet autem hoc modo. Aquarum cirsij, lupulorum, rosarum, ana. un. ij. melissæ unc. 1. acetosæ unc. 1. 5. fragmentorũ smaragdi, saphiri, in pulerẽ tenuissimũ redactorũ, ana. dra. 5. florũ buglossi, cirsij, Violarũ, ana scrop. 1. ambræ, caphuræ ana. g. ij. postero die aliud epithema apponit iocinori quod accipit, Aquæ endiuiæ unc. iij. lupulorũ, rosarũ, ana unc. 1. aceti unc. 5. utriusq; sandalorũ, corallorũ, ana scrup. 1. ligni aloes, scrup. 5. misce. tepidũ apponatur. diebus quietis exhibet huiusmodi misturam quæ accipit. Conseruæ uiolarum & cirsij, ana. unc. 1. cuscutæ, thymi, florum uiolarũ, ana. scrop. 1. passularũ dr. ij. polypodij dr. 1. specierum confectionis de genis. dr. 1. 5. cum folijs tribus auri, & serapio de pomis fiat mistura. dosis est. cochleare. purgat idem autor humorem melancholicũ his pilulis quæ habent, Agarici trociscati, pilularum

assaiaret. ana. dr. i. lapidis lazuli præparati, sennæ, polypodij, epithimi ana. scrop. i. cum serapio de pomis composito fiat pasta pro pilulis. serapium magistrale pro digestione in quartana ex adustione habet Sauonarola huiusmodi. accipe. Endiuiæ. M. 1. florum cirsij, adianti, spinæ albæ, fumi terræ, lupulorũ ana. M. 5. passularũ unc. 5. fiat decoctio in. iij. lib. aquæ. ad consumptionem tertiæ partis. & in fine addas unc. 5. epithimi, & cum lib. 1. sacchari, & unc. iiij. mellis. fiat serapiũ longũ (ut uocant) detur cum aquis stillaticijs. ut aluum soluat exhibet unc. 1. caßiæ, quã extrahit decocto passularũ florũ cirsij, uiolarũ, tamarindorũ, prunorum, & dr. duas confe. hamec. uel. R. Myrabolanorũ indorum dr. iij. citrinorum. dr. ij. infundantur unc. ij. seri lactis p horas decem, deinde calefiant, & fortiter exprimantur, deinde addas caßiæ, uel mannæ tractæ cũ aqua decoctionis florum cirsij, bugloßi, stæcados, passularum unc. 1. uel circa.

De febre Cottidiana.

EST autẽ & altera exquisitæ simplicitatis febris, quæ ex pituitæ putredine ortum habet, per sentientes corporis partes a natura detrusa. 2. de dif. fe. c. 4. dicitur a græcis ἀμφημέρινος quod singulis diebus acceßiones faciat, ex hoc etiam genere est febris ea quæ proprie uocatur hepiala, qñ simul febricitant & rigent, atq; eodem tempore in toto corpore utrunq; sentiunt affectum, hunc humorẽ præ-

xagoras uitreum appellauit, iuniores autem e quorum numero est philippus simpliciter crudũ, nullum aliud nomen adijcientes, ut exquisitius distinguant, est autem & ipse species quædam pituitæ, satis existens frigidus, atq; tenax, quicunq;.n. frigidus & humidus humor existit, ad pituitæ appellationem reducitur, si Hippocratem, omnesq; non modo priscos medicos, sed alios etiã græcos in nominibus imitari uelimus, quicunq; igitur humor in corpore frigidus atq; humidus fuerit, hunc nos pituitam appellamus, & non te lateat plures esse huiuscemodi humoris differentias, una siquidem est eius species frigida, adeo ut cum loco obstruitur, dolores maximos excitet, sæpiusq; multa laxioris intestini incommoda, hoc humore acuti clysteris ui euacuato, statim se dari contingit, uidetur autem hic humor, uitri liquefacti similitudinem habere. Est & alia pituitæ species quam pleriq; cum screatu expuunt, sensibilẽ habens dulcedinem, liquet autem quod hanc exquisite frigidam non contingit esse. Est & tertia alia pituitæ species quæ expuentibus uidetur acida, est autem minus frigida, quã uitrea, magis uero q̃ dulcis. sicuti & altera species est salsa, aut ꝓp putredinẽ, aut ꝓp salsæ serosæ humiditatis mistionẽ. i qua si quos febricitare cõtingit, sup̄ ueniẽte accessione non rigent. sed tantumodo horrẽt. acida uero ac uitrea, si p sentientes corporis partes deferatur, sine febre rigores generat, qđ si modica aliqua in ipsis fiat putrefactio, febrem hepialam appellatam inducit, quod si uehe=

Pituite species

Vitrea.

Dulcis.

Acida.

Salsa.

mentius putrescat, rigor quidem antecedit, febris uero sequitur, superata a multitudine caliditatis frigida materia. adeo ut dum febris inualescit, atq; consistit minime sentiatnr, forte autem & uitrea pituita acidæ qualitatis est particeps, adeo ut eius differentiæ tres sint numero uniuersæ, acida, dulcis, & salsa. minime uero dulci pituita putrescente febrem rigor antecedit. ex Gal. 2. de diff. feb. ca. 6. Febris cottidiana incipit ab extremorum frigefactione, atq; horrore potiusquã rigore, ac cum difficultate a ccenditurcalor, & longum consumit tempus, dũ inualescendo peruenit ad summum. quoniam uero is ex quo constituitur humor, frigidus est & humidus, in temperatura, lentus autem, ac tenax in cõsistentia, idcirco ægre accenditur, ac tarde mouetur, sæpiusq; in foraminibus retinetur, opprimit autem atq; aggrauat aliqñ uirtutem, hinc inæquales, ac debiles magis paruosq; efficit pulsus, quũ primũ febres inuadunt, atq; in primis incrementi partibus. fiunt autem in biliosa febre in accesionũ principijs singuli quos diximus circa pulsus affectus, & in illa statim desinunt, aliaq;, & inæqualitas plerunque tali febre inuadẽte non adsunt. at postquam cessauerit rigor, non multum post calor accenditur, uelut ignis effulgens, purusq;, omnis fumosæ fuliginis expers. At pituitosi humoris caliditatem, igni fumido, lignis uiridibus accenso non male aßimilaueris iccirco & breues in eo cessationes, & accesionis spacium longius, ducitur, neq; intermißionis tempus est

adeo, ut in tertiana sincærum, sed humoris putrefa=
cti seruat inditium in caliditate, et pulsu. manifesti=
sime autem & in hac febre in inuasionibus, atq; in=
crementis acceßionum signum putrefactionis appa
ret. attamen cum exquisite suam naturam seruaue=
rit plerisq; uidetur purā intermißionem habere, &
nos quoq; non raro hoc idem fatemur. quū nimium
diligens sermo fuerit intempestiuus. hæc autem na=
turas consequitur corporum, & tempora, & loca,
& status, artesq;, & uictus rationem, aliaq; omnia
pituitæ cōsentanea. singulis autem diebus accendi=
tur, quamuis minus calida sit biliosa tertiana, at illa
cū & humorem habeat accensioni oportunū, & fa=
cile subinde pp subtilitatem, quicquid ex eadē effer=
buerit, totum in acceßione expurgatur, ad puriorē
quādam infebricitationē terminare uidetur. postq;
acceßionem breue aliquod putridæ caliditatis uesti
gium relinquere. quæ autem in pituita febris accen
ditur, in accessionum declinationibus integre nō ex=
purgatur, neq; parū relinquit eius quod ueluti suc
cendi uidetur, hinc ergo eius intermissio, longe de=
terior ac secundæ accessionis festinat inuasio. 2. de
diff. feb. ca. 4. eius caliditatem humidiorem cū qua=
dam acritudine esse oportet, non cum primum ma=
nus admouetur, confestim occurrentem, sed per mo
ram. nā quædam fumosa caliditas, cum multo uapo
re commista, exire uidebitur, quū magis ignis in hu
more suffocetur, q̄ ipsum possit conuincere. sed &
his longe minores sunt pulsus, pulßibus quartana=

rum, quam istarum pulsus pulsibus tertianarũ, rursus uero tanto rariores sunt in quottidianis intermittentibus pulsus, his qui in tertianis, quanto illis pulsus quartanarum, at tarditas in utrisq; eodem modo se habet. minus uero siticulosa hæc febris est, tantumq; eam quartana excedit, quãtum ista tertiana, lingua uero & totum corpus siccissimum est in tertianis, at in febribus his humidissimum, & uomitus pituitosi, & quæcunq; per uentrem excernuntur, frigidiora sunt, atq; humidiora, & crudiora, aquosiora, & pituitosiora. uniuersum corpus deniq; in hisce febribus plenum crudis humoribus inuenitur, et quidem ætatibus, naturis, anniq; statibus & temperaturis humidioribus accidunt. nam adolescentem biliosa, ac sicca temperatura, nũq̃ uidi huiuscemodi corripi febre. pueri autem & præsertim minores natu, & ex his qui iam perfectum corpus habent, pituitosi, & habitus crassi, atq; ocio plurimo dediti, crapulis, ebrietatibus, balneis assiduis, post cibum præsertim, utentes, a cottidianis facile capiuntur, loca etiam humidiora, atq; ex anni temporibus hybernum, atq; ex statibus humidiores, hanc præcipue afferunt, febrem, quod si sit etiam populo communicata, tunc præter ea quæ antea diximus, signa, hoc quoq; non parũ, ad eã dignoscendã conducit, non tñ harum febrium declinationes, quẽadmodũ tertianarũ et quartanarũ, sudoribus terminantur. quare neq; ad integram quietem (exceptis paucis) perueniunt. urinæ uero quæ procedentibus ipsis adueniũt,

totius morbi tempora docent, quæ autem in principijs uidentur, febris etiam speciem indicabunt. nam in cottidianis uel albæ sunt & tenues, uel crassæ & turbulentæ, uel rubicundæ. tertianis autem rufæ, uel subrufæ, quartanis uero uariæ quidem sed omnes crudæ. i. ad Glauc. ca. 7. urinæ albæ & tenues in primis diebus minguntur (inquit Aetius) postea uero crassæ ac conturbatæ. non autem exurit hæc febris ægrotos, neq; densã respirationem facit, neq; crebras efflationes, neq; frigidæ expetentiam excitat. exudant autem nequaquã in primis diebus, neque ad perfectam febris quietem deueniũt, Albus est ipsorum color, &c. Quottidiana raro aduenit sine uentriculi læsione. Gal. 1. ad Glauc. v.

Præsagium.

QVottidiana longa est, & non sine periculo. 1. ad Glau. ca. viij. Longa hæc febris est & diuturna, pluribus sæpe mensibus perdurans, maligna præterea existit, & mortis periculum affert ex Rase ad Manso. x. de remed. ca. vij. Quottidiana ex uitrea pituita quoniã longa est ualde Hydropem minatur, quod & de alijs dictum esto, cum nimiũ pdurant tempus, ea uero quam acida excitat pituita, facile in erraticã transit, unde quartanã formides. securior autem est illa in qua sudor multus emanat. si in principio uiderimus uomitum spontaneum, & in fine sudorem plurimum, bonum. significat. n. q. materia non est adeo uiscosa, nec obstructi cutis, ac uenarũ meatus. naturæ quoq; robur cui materia obe-

diat, ostendit. cum in principio uideris febrem cum multis oscitationibus, quodamq; stupore, ac sopore, quidãq; in facie liuor, ac tumor ægroto adfuerit, lethargum denunciat. si igitur a principio humor fuerit ualde crassus, ac uiscosus, tempus frigidum, atq; humidum, ætas ac temperatura pituitosa, accessio longa cum pauco, uel nullo plane sudore, imbecillitas uentriculi, somni profunditas, natura uero debilis ac impotens, mortem prædicere dubio procul licebit. ex Sauonarola.

Methodus Curationis.

FEbris igitur Cottidiana quatuor potissimum remediorum generibus curatur, nempe uictus ratione, eligendo aerem tenuem, clarum, ad calidũ ac siccũ uergentem, qui nisi natura adfuerit, paretur arte, accendendo in cubiculo ignem lignis odoratis, ut iuniperi, rorismarini, et huiusmodi, Cibus sit ad calidum & siccum mediocriter uergẽs ut panis in iure pulli una cum cinnamomo, uel pipere. Calidores uero cibi conueniunt in pituita uitrea, & acida, quàm in salsa, aut dulci, in principio quoq; quàm in augmento, aut statu. Fructus conueniunt sicut Vuæ passæ, Amygdala, Cappares, propinetur uinum album, tenue, pauciferum ac dilutum, cuius uice (si qua ratione uinum minime concedas) detur aqua in qua saccharũ & radix feniculi, uel hortẽsis apij decocta fuerint, cõuenit quoq; exercitium, qđ si fieri non poßit, fricationes iubeto ut fiant. Somnus

mediocris esto. omnes animi paßiones deuitet, nec cibo uel potu nimis repleatur, sed quanto propinquior status fuerit, tanto tenuior cibus exhibeatur. Placet sauonarolæ ut principio quinque diebus ualde tenui uictu egrotans cibetur, ut ex ieiunio materia calefiat, & partim absumatur, postea uero craßiori ne uirtus deficiat.

Materiam præparantibus ut serapijs, decoctis, quæ secundum pituitæ speciem uariantur. nam in uitrea pituita, & acida conuenit oxymel. s. cum rosaceo melle permistum, nã alioqui (ut docet Auerroes) si oxymel solum exhibeatur cottidie ad aquã inter cutem perducit, serapium acetosum, incipiemus autem semper, a, leuioribus & ad fortiora progrediemur nam si principio dabimus oxymel. s. postea cõpositum dabimus. & si acetosum. s. deinceps serapium de bisan. exhibebimus. hæc Astarius. Galenus uero nullo pacto formidat oxymeli, sed, a, principio exhibendum monet. i. ad Glauc. Ca. xij. ubi inquit, cottidianam autẽ cum uolueris curare, oxymelite utere primis diebus, & illis quæ probe poßunt urinam ualide ciere, & uniuersum totius uictus caput sit ad incidendum efficacius. Auerrois igitur figmentũ hominis ut pote uersipellis, & qui ueritatem ipsam summo studio semper oppugnauit nihili iudico faciendam. Arnaldus uillanouanus Acidam pituitam hoc serapio præparat, quod accipit. Radicum asparagi, apij hortensis, Hippoßelini, Rusci, fæniculi, an. M. i. Corticũ interiorũ radicũ sambuci, et Ebuli.

an. dr. iij. hordei mūdi. P. i. bulliāt ī aqua. q. ſ. & addito melle deſpumato, ac ſaccaro pari portione fiat ſerapium. doſis unc. 1. 5. cum aqua fontana. poſſet quoq; fieri decoctum huiuſmodi. Accipe florum ſtæcados, calamintæ, origani, mentæ ſiccæ, ſampſuchi, ana. unc. 5. radicum Hippoſelini, fœniculi, glycirizæ, ana. dr. 1. coquantur ex arte in. 5. q. aquæ betonicæ quouſq; pars tertia abſumatur, cuius decocti per colum transfuſi unc. iij. adijcito ſerapij ſtæcados. 5. ſp. unc. 1. mellis roſ. unc. 5. propina. uel ſic pro nobilibus. Accipe radicū fœniculi, Hippoſelini, glycyrrizæ, ana. unc. 1. Aniſorum dr. ij. cinnamomi un. 5. Charyophilorum, nucis myriſticæ, ana. dr. 5. uini odorati lib. 5. aquæ meliſſophilli, lib. iij. buliant, ad conſumptionem tertiæ partis, decocto adijciatur ſerapij de ſtæcade. 5. ſp. de corticibus citri, oxymelitis ſcillitici aā. dr. iiij. et cū albumine clarificetur, et aromatizetur cū Galliæ moſcatæ Meſ. ſcrop. 5. Doſis. unc. iiij. 5. diligens eſto in præparando materiam, ea. n. non præparata ſi quo medicamento humores mouere tentaueris ſummopere lædes quod & ipſe Auicennas teſtatur cuius hæc ſunt uerba. lib. 4. Fen. 1. tract. 2. Et cum ſuperuenerint febri dies tres ſubtiliatur in ea materia, ꝑꝑ febrem, & ſi ante illud mouebis, nocebis, & non facies aliquid. Hæc ille. ſunt & multa alia ſerapia quibus uti poſſumus ut pituitam præparemus, ut ſerapium de betonica, de ſtæcade, de Abſynthio, de corticibus citri, de hyſſopo, de thymo, de calaminta, oxymel compoſitum, de duabus radicibus,

dicibus, acetosus diarhodon. & huiusmodi.
Humorem iam præparatum & cõcoctum euacuãtibus, ubi animaduertendum est, ne minorante medicamento (ut uocant) utamur, quemadmodum plurimi facere, præcipue uero in hac febre, consueuerunt, nulla apparente concoctione, celebratissimum est. n. Hippocraticum illud cõcocta medicari, et mouere non cruda. & reliqua. qua de re cum ab alijs eruditissimis plane uiris sit disputatum, non est opus ut plura dicamus. pituitã igitur inter simplicia euacuant, Agaricum, colocynthis, turpet. Mirabolani. Cucumis syluestris, Euphorbiũ, chamelæa, Iris, sambuci succus, braßica marina, composita uero sunt, Diaphænicon, Electuarium indũ, Elescoph. Hiera simpl. Galeni. cyclaminus inquit Dioscorides cũ hydromelite pota pituitam, aquãq; detrahit. Centauriũ quoq; minus, ut idem scribit, bilem, crassosq; humores per aluũ exigit, si decocta deuoretur, ueratrum nigrum purgat uẽtrem, detrahit bilem, pituitasq; datum per se, aut cum scãmonio & tribus obolis, siue drachma salis. sesamoides magnum datur tritũ ad bilis pituitæq; deiectiones. hæc ex Dioscoride.
Agaricũ in usu est hoc pacto. Accipe Agarici boni dr. i. ß. salis gemæ scrop. i. redigantur in puluerem, & cum decoctione florum & fructuũ dissoluantur, & fiat potio cui adde mellis ros. colati unc. i. uel sic
℞. Trociscorum de agarico dr. i. ß. cum melle rosaceo formẽtur pilulæ. viij. uel in infusione hoc modo.
℞. Agarici dr. ij. ß. salis gẽmæ scrop. ij. terãtur, et in

fundantur horis octo in.ſ.q.oxymelitis.s. deinde ua lenter exprimãtur, & cum decoctione florũ & fructuum fiat potio, cui adde Mellis roſ. unc.i. cætera poteris uario modo præparare, et exhibere, ſed turpet, & colocynthide perparce, & caute admodum eſt utendum, purgant.n.uehementer. ueratrũ uero nigrũ non ita formidandũ eſt quod Meſueus cẽſuit.

Pharmacum pituitam ducens, Oribaſij.

BAccarum lauri recentium ſextantẽ, Euphorbij unc.i.mellis. quod ſatis eſt. ut eclegmatis formam habeat, datur cochlearij dimidium. redundantibus humoribus plus datum plus profuit. utere uelut optimo. Aliud. ſeminis Aniſi, piperis, caßiæ, medullæ colocynthidis ſingulorũ dr.iiij. grani cnidij, ſeminis cnici, ſingulorũ dr.iiij.mellis quod ſatis eſt.ut eclegma fiat. dato perfectis cochler.i.s. Aliud. Aniſi, Apij, amij, piperis, grani cnidij, cnici, lathyridum ſingulorũ dr.iiij. mellis deſpumati.q.s. perfecta doſis coch.ij Aliud Euphorbij, piperis, ſalis ammoniaci, ſingulorum un.i.redigito in puluillũ & dato i ouo ſorbili cochl.s.doſis integra ſcro.iiij.s. Vinũ mulſum pituitã ducẽs, cnici ſeminis purgati dr.iiij.uini ſextarios.v. mellis ſextariũ.i. cnicũ in craſſas partes contuſum ac linteo illigatum macerato. & utitor. hæc ex Aetio. Poteſt euacuari pituita etiam hoc modo. R. Polypodij uiridis, bene mundati, tritiq;, turpet boni, Eſulæ, Agarici, aã.dr.ij. pruna ſicca.xxv.terenda terantur & oĩa ꝑ noctem in

calida aqua permaneant, mane buliant quousq; pars tertia relinquatur, & addito sacchāro fiat serapiū. Dosis. dr. iij. uel. ij. cum calida. euacuatur quoq; hoc decocto. R. Adianti, lichenis, Phyllitidis, politrichi, Cichorij, radicis asparagi, rusci, apij hortensis, fœniculi, ana. dr. 5. Agarici, Hermodactylorum uerorum (caue, a cholchico) dr. iij. Polypodij dra. 1. 5. sem. fœniculi dr. iij. oīa p noctē in tribus aquæ libris imponantur, mane buliant quousq; una tantū libra supersit. colo trāssfūdatur, adijce casiæ fistulæ, triphe ræ saracenicæ, sacchari rosa. & uiolacei, ana. dra. 1. mirabolanorū chebulorum dr. v. detur pro uiribus. uel hac tragea. Turpet boni dr. 1. follicullorū sennæ, Esulæ, hermo dactilorū, Polypodij. ana. dr. 5. masticis, sem. fœniculi, anisi scrop. 1. terātur, cribrēturq; adijcito sacchari ad pondus omniū. dosis un. 5. cum granis. iij. uel. v. diacrydij præparati. si uelis ut ualētius purget. ex Arnaldo. uel educatur hoc medicamēto. R. Agarici trociscati dr. ij. Rhabarbari electi. dr. 1. spicæ, zinziberis, salis gēmæ, ana parū. incidantur & infundantur in aquis fœniculi, & buglosi, ana. q. s. cū oxymellite. s. & post. xij. horas ualenter exprimātur, cui adde diaphænicon. dr. 1. Electuarij indi dr. s. diachatoliconis unc. 5. fiat potio. uel fiant catapotia hoc modo. R. pilularum aggreuatiuarum Mesuei, scrop. 1. cum serapio de bisantijs fiāt pilulæ. v. Venæ sectio in hac febre non conuenit nisi in iuuene sanguineo in quo humores æque oēs redūdent. cōgruit in hac febre etiam uomitus sed robo-

rato prius uentriculo, de quo Galenus .1. ad Glauc. cap. xij. sic scribit. Circa statum uero de uentriculo est habenda sollicitudo, ac de eius ore præsertim, deinceps iubendum est, ut post radices, & cibos assumptos euomant, citatur autem uomitus ijs quibus nõ adeo difficile est uomere, alijs uero nequaquã. sunt autem idonea ad uomitus ciendos non acria, & arida, sed dulcia, & acutiora, uidetur autem in his conuenire radicula, eruca, & salsamentũ uetus, & origanum uiride, & cœpa pauca, & porrũ. conuenit quoq; uomitibus ptisana aliqđ mellis assumens, pinguesq; carnes, uerũ non oportet modo iam dicta id genus coquere ut solos tibi habeas succos, sed totos aceruos cõpotare, neq; immorari conuenit multum in mãducatione, qui uomere uelit, expedit etiã amygdala melle intincta deuorare, tumq; placentam sumere, nec non cucumeris semẽ melle aspersum adhibere. Radix quoq; domestici cucumeris, & peponis radix dissoluta cũ melle uomitum cit. at qui ualidoribus uti uelint uomitibus narcissi bulbum in aqua coquendo coctioni quidem uinũ ammiscent, ipsum uero bulbũ comedũt. coctum cum oleo & sale pauco. mouet ad uomitum etiam unguentũ irinũ, multoq; magis Cyprinũ, siquis illinẽs digitos irritet. uomitum quoq; cit sine molestia hyssopi coctio, & thymi, & cnici semẽ dissolutũ cũ sesamo, & cum mellicrato plurimo potũ, & cardami semẽ, similiter oleũ sesaminũ, rhaphaninũ, narcissinũ, optima quoq; raphani coctio, et aridorũ sicuũ aspersio, in hoc miscẽ=

Vomitus ciendi rõ.

do, & tepefaciendo, dato potandum. ex Rufo, cel=
ſoq;. Epota lauri folia ſtomachũ effundunt, & uo=
mitiones mouent. radix Haſtulæ regiæ uomitiones
adiuuat ludicri tali magnitudine cõmanducata. Ana
gyris ſemen commanducatũ uomitiones uehemen=
ter ciet. ſpartij flores & ſemina, purgant per ſup=
na uehementer, hellebori uice citra periculum, qui=
nis obolis in aqua mulſa epota. ex Dioſcoride. ſim=
plex uero uomendi ratio eſt ut bibantur ſex unciæ
uel etiam amplius aquæ tepidæ una cum oxymelitis
ſ. unc. 1. 5. poſtea uomatur. de Albo Helleboro hic
uerba non faciam cum tempeſtate hac noſtra non
admodum ſit ex uſu, Aetiusq; & Paulus ægineta de
illo tractarint copioſiſſime, quod ſi non integre ut
decet materiã fuerit euacuata ſudores, & urinam
cieto. ſudores igitur ciet unguentum metopiũ, ſmyr
nij ſemen in uino. Pyretri quoq; radix ſudores euo=
cat peruncto ex oleo corpore. & onobrychis illita
ex oleo ſudores mouet. idem efficit lycopſis, ex Dio=
ſcoride, nonnulli exhibent aquam hordei calidã in
qua parũ ſacchari fuerit diſſolutũ, aliqui uero eua=
porationem faciunt ex chamæmeli decocto. ut aſta=
rius, ſudorem quoq; (inquit Manardus) modice ciẽt
piſtacia, ualentius aniſum, ualentiſſime ſerpyllũ, illa
quidẽ comeſta, hæc cum mulſa epota. Vrtica ut ſcri
bit Macer, ſudorem mouet ex oleo decocta perun=
ctis. apud Aetium uero, impotu accepta ſudores ex=
cludũt cuminũ, baccæ lauri, uitex, calaminta, poliũ,
raphani cortex comeſtus, coctus ſiſimbriũ, dictãnũ,

Artemisia,cardamomũ,libanotis,mel,lac bubulum,
casia,iunci odorati decoctum,succus cyrenaicus ci-
ceris magnitudine deuoratus,in frigidioribus mor
bis,chamædrys,castoriũ cũ aqua mulsa,cẽtauri ma
gni radix.radicis capparis cortex,ligusticũ, Petro-
selinum,nigella,hæc aliqñ cũ uino,aliqñ cũ uino mul
so bibuntur;sed & pistacia comesta sudores citra
molestiam ciẽt, At uero forinsecus illita sudores mo
uent nitrum cũ oleo,unguentum irinum, anethinũ,
chamæmelinũ,laurinũ,raphaninũ,sycioniũ,myra-
bolaninũ, Althea,costus, balsamũ,Aristolochia,ca-
lamus aromaticus,libanotis, casia , singula cũ oleo
cocta,suffita uero castoriũ cum pulegio,semen bal-
sami,bdellium,Viticis semẽ.Vrinã uero a uesica du
cit acori decoctum potum,Itẽq; Asari,oleũ amara-
cinũ,amygdalæ amaræ cum passo potæ, radicis al-
theæ decoctũ,adianti decoctũ,æmatites lapis tritus
cũ uino potus,anchusæ decoctũ,Abrotoni,anisi se-
mẽ,sanguis,hirci aridus,atriplicis semen,artemisiæ
decoctũ,aristolochiæ decoctũ,sabinæ leuissime tritæ
drachma una cũ aqua mulsa,balsami semen , glandis
decoctũ,bdelliũ,apij semen,bryoniæ radix, glycir-
rizæ succus,pulegiũ,pæoniæ fructus,dictamnũ,dra
cunculus,abietis decoctũ,rubiæ decoctũ, serpyllum,
Eryngij radix,Heliotropiũ,senetio,Menta , saluia,
foliorũ oleæ decoctũ,cauendũ est autẽ tum in sudo-
re,tũ in urina ciendis,ne ualde calefacientibus uta-
mur,si quando autem uti cogamur , decoctũ ex illis
paretur multa aqua dilutum,sic.n.fiet ut eorũ cali-

ditas reprimatur. nonnulli urinæ prolectãdæ gratia hordei et radicũ hortẽsis apij decoctũ propinãt. alij uero ut Landulfus hoc utuntur medicamento quod accipit. ſem. Vrticæ dr. 1. Cuſcutæ dr. 5. terantur, & cũ aqua fæniculi, uel alia huiuſmodi exhibeãtur. Gentilis uero ualde comẽdat Hipposelini ſuccum, quem hoc pacto præparat, Accipe ſucci Hippoſelini cuius feces reſederint quantum libuerit, decoquatur, & conuenienti mellis uel ſacchari quantitate ad modũ ſerapij concinnetur, mane uero unc. 1. exhibeatur, uel etiam. ij.

Ventriculum, & ſi qua alia principalia membra lõga ægritudine debilitata fuerint corroborantibus. quorum nonnulla intro aſſumuntur, nonnulla uero extrinſecus apponuntur, illa uero ſunt ueluti. confectio xyloaloes, Aromaticũ Garyophilatum, Aromaticũ roſatum, theriaca antiqua, mytridatũ, diatrionpepereon, ſed in temperatura calida & æſtiuo tempore nimis calida formidamus. laudantur etiam mel roſ. ſaccharum roſ. trociſci de roſis. cum melle uel ſaccharo roſ. ex aſtario. Ego uero ſummopere comẽdarim Pharmacum Galeni ex ſucco cotoneorum cuius meminit lib. viij. de comp. M. p. l. habet autẽ cõpoſitio hoc modo. ſucci malorum cotoneorum ſexta. ij. mellis attici, ſext. ij. Aceti ſesquiſextarium ſi uero multum acre fuerit ſextar. 1. zinziberis quadrantem. piperis albi unc. 1. Arida inſperges ubi malorum ſuccus cum melle & aceto coctus ad lentum ignẽ, attici mellis craßitudinẽ acceperit. pla

cet quoq; Aclepiadis pharmacum quod hunc in modum paratur. Nucleorum mali punici tusorum succi sextar. iij. succi mentæ sext. 1. Mellis attici sext. 1. in uas fictile conijcito ac coquito aßidue agitando, et ubi densata fuerint, ab igne ablata reponito. tēpore usus dato mystrum. 1. aut duos ante cibum. aliud ualde bonum. succo mali punici acidi ac intubi æqualibus portionibus ꝑmixtis, mentæ siccæ tenuißimæ tritæ parum quoddā in sperge & Cyathi mensura bibendum præbe. extrinsecus uero oleo nardino, mastichino, rosaceo, uel aliquo huiusmodi ut eo qđ ex absynthio paratur uentriculi loca ungemus. uel ante cibum hoc unguēto utemur quod accipit, oleorum mastichini, absynthitis, nardini singulorum dr. 2. 5. mastiches garyophyllorum, ligni aloes, singulorum scrup. 5. cinnamomi scrup. 1. cum cæra quod satis est fiat unguentum. ex Fuchsio. iuuat etiam emplastrum, quod hoc modo paratur, decoquatur chamæmelum cum mastiche in uino ac mellis portione. ex Auicenna.

Iijs demum quæ occulta quadam proprietate cottidianam febrē expugnare creduntur, inter quæ numerantur ozimum gariophilatum, quinque folium, millefolium, Gētiana si ante acceßionē in uino calido propinetur, Gentilis commendat Hipposelini succum unà cum saccharo in serapium redactum, dosis unc. 1. 5. testaturq; hoc serapio liberatum fuisse quendā ab hac febre qui sex menses laborauerat. Rhases uero 18. continentis, asini sanguinem ex

eius detractum auricula liberare dicit ab hac febre, si tres uel quatuor guttæ cum aquæ unc. ij. per horã ante accessionẽ, bibantur, quod medicamentũ quam ridiculum sit lectoribus iudicãdũ relinquo. hæc habet quæ a tota substantia contra hanc febrem operantur, Astarius. spina alba ut Auicennæ placet, hac febre laboranti summo opere confert, maxime uero illius radix, modo uentriculi debilitas sit in causa Nigella quoq; eodem autore cottidianas febres depellit, si eius pulsus cum oxymellite, concocta materia exhibeatur. succus etiam eupatorij cũ melle rosaceo sumptus idem operatur Decoctio chamæmeli etiam confert si cum aqua cuscutæ sumptitetur, nec minus profuerit si Apuleio credimus Erinacei terrestris carnẽ assumere, probatur & scordion, non epotum solum, sed etiam appensum, Asserit uero Hyrãnus inunctione dorsi, manuum, pedũ, ac frontis ex oleo scorpionũ febrẽ tolli cottidianã, remq; hãc dicit plane certam esse ac probatam nec illam solum, sed & tertianam, & quartanã, hæc oĩa ex Sauonarola, qui etiã affirmat synapi tritũ datũq; cũ mulsa febrẽ tollere cottidianã, eiusq; materiã in fumũ cõuertere. idẽ opatur theriaces medicamẽtũ cũ calidã exhibitũ duabus horis añ accessionẽ, narratq; multis exhibitum fuisse creticũ uinũ cũ modico piperis, q̃ cõualuerũt, cũ plurimũ accepto pharmaco desudaßent. Hæc ille.

Appendix. 1.

INquit Rases, si quatuor hebdomadas superauerit cottidiana pastilli propinentur, rosacei, quo-

rum hæc est compositio, Accipe Rof. rub. læuigatarũ dr. x. succi eupatorij dr. vi. succi Absynthij dra. iij. masticħes dr. 1. 5. spicæ, asari, schænos anthi, anisi dr. 1. redigantur in pastillos, quorũ singuli tres denarios æquent pondere, quorum unus propinetur in huius decocti uncia. R. corticũ radicum apij, fœniculi, ana dena. x. seminũ eorumdem, Ameios, cassuthæ anisi, acanthæ, spinæ arabicæ, ana. den. v. elixentur in aquæ lib. 1. usq; dum per decoctionem absumatur medietas, cui permisceatur serapij oxalidis. unc. 1. exhibeatur.

Appendix. 2.

AVicẽnas li. 4. Fen. 1. trac. ij. cap. lvij. noxiũ esse inquit in hac febre humores aliquo pacto ante cõcoctionẽ mouere, quare, q̃ ĩ morbis oĩbus minorãte medicamento primo statim die utũtur, uideãt quẽ sequãtur autorem. quod uero idẽ auctor cõcoctionẽ nullam in hac febre expectet, rationẽ non habet, concocta. n. medicari, & mouere, non cruda recte quidem ab Hippocrate medicorum principe dictũ est. tutius igitur Galenũ sequemur qui in libro quos purgare, & qu. m. & q. opor. ita propemodum scribit. At in ijs qui iã ægrotant, si morbi diuturni sunt, semper eorum maturatio expectanda est. Fricationes plurimum conferunt. ex eodem.

Appendix. 3.

POst euacuationem, si febris adhuc perduret exhibe per horam ante accessionem, mithridatum, uel aureæ alexandrinæ momentum, uel adrianum,

eum calida, renesq; inungito cum oleo laurino, uel in quo pulegium decoctum fuerit, uel unguẽto Aragon, uel Marciaton, uel agrippa. ex Arnaldo.

De febre pestilentiali.

SVperfluum alicui fortasse uidebitur de pestilẽtiali febre in præsenti tractare, cum de ipsa nõnulli longas etiam Iliadas cõcinnarint, uerum enimuero ne libellum meum hoc etiam tractatu defraudem, more meo in medium afferã quæcunq; optimi quiq; scriptores potiora, necessariaq; perscripsere, atq; ut consueui a causis primum exordiar. quas medicorum pater Galenus. 1. de febr. diff. ca. 4. hunc in modum enumerat. Calidiores autem ambientis aeris status, quales maxime circa canis ortum contingũt, per inspirationes quidem manifeste cor calefaciunt, corpori autem extrinsecus circunfusi totum ipsum calidius efficiunt, sed præsertim arterias, ut quæ ipsius substantiæ aeris ambientis aliquid trahant, ex quibus omnibus simul cor affici est necessarium. & cum supra modum incaluerit ipsum primum, & maxime febrilem calorẽ suscipere. atq; ad uniuersum corpus transmittere. in pestilenti autem aeris statu, inspiratio plurimum est causa, Fit. n. & aliquando ob eos qui sunt in corpore humores, ad putrescẽdum paratos, quum breuem aliquam occasionem, ad febris originem ab aere ambiente acceperit animal, Magna autem ex parte ex inspiratione incipit aeris circunstantis a putrescibili euaporatione uitiati. Pu

tredinis autem principium uel cadauerum multitu=dine non crematorum, quēadmodum in prælijs contingere solet, aut ex aliquorum uel lacuum, uel paludum æstatis tempore euaporatione, contingit autem quandoq; præcedere ambiētis aeris caliditatem immodicam, quemadmodum in ea pestilentia quæ athænienses inuasit, ut Thucydides inquit, sed in tugurijs suffocantibus æstatis tēpore habitantium corpora corruptiōe laborabāt, At quia humores corporum ex uictus prauitate erāt putredini obnoxij, hinc febribus pestilentibus origo data est. Forte autē per continuum ex Aethiopia quædam putredinis fluxere contagia, his quorum corpora erant ad patiendū parata febrium causæ futura. oportet. n. in hoc sermone memoriā repetere, quod nulla causarum sine patientis aptitudine agere potest. alioquin omnes qui sub æstiuo sole commorantur, febricitarent, aut qui nimio motu exercentur, aut uini potu grauātur, aut ira ex candescentes, aut tristitia afflicti, febricitarent. alioquin etiā ut arbitror circa canis ortum omnes ægrotarent, ac in pestilentijs morerentur. at ut diximus, magnam in generatione ægritudinum partem habet, eius, qui passurus est habilitas corporis, supponatur igitur, ut in exemplis in ambiente quidem aere nonnulla pestilentiæ semina contineri, ac ea quæ ab ipso corpora continguntur, nonnulla quidē esse uarijs superfluitatibus plena, iam ex seipsis ad putrescendum parata, nonnulla autem pura, atq; inutili materia carentia, Ac primis quidem ad=

iungatur in multis corporis partibus obstructio foraminum, atq; ea quæ plethoria uocatur, uita ociosa, in multis crapulis, ac rei uenereæ usibus immoderatis, atq; his, quæ necessario omnia, quæ nuper diximus sequuntur, cruditatibus, Reliquis uero oībus corporibus puris, ac superfluitatibus omnino carentibus, adsint præterea ut exactæ sint bona, libera in oībus meatibus spiratio, eis non obstructis, neq; astrictis oībus existentibus, Exercitia etiam sint moderata, uictus temperatus, ac deinceps his suppositis cogita, cōmodo utraq; corpora affici sit necessarium, ab eo quem inspirant aere pestilenti. ac non rationabile est illa quidem statim a prima inspiratione principium putredinis sumere, ac plurimum ī malo procedere? quæcunq; autem munda sunt, ac superfluitatibus carent, nonnulla quidem nihil, nonnulla uero minimum mali sentire, ac facilem ad naturalem habitum habere regressum? sic & quum aeris temperatura a naturali habitu ad caliditatem, atq; humiditatem immodice fuerit conuersa, pestilentes, quidem oriri morbos est necessarium, plurimum uero eisdē laborare, quicunq; fuerint superflua pleni humiditate, quemadmodum, qui immodicis laboribus, se exponit, ac uictu utitur moderato in omnibus huiusce modi dispositionibus nullam omnino sentit offensionem. Auicennas Astronomos insequutus aliā quoque causam febris pestiferæ adduxit, nempe formas ex formis cæli necessarium illud esse facientes, cuius euētus ignoratur. quas quidem formas Sauo=

narola determinatas cœli cõſtellatiões (ut eius utar uerbis) ueluti coniunctionem ſaturni cum Marte interpretatur, quam ſententiam Farnelius Amibianas ſecũdo quẽ de Abditis rerũ cauſis edidit, libro & cõfirmat, & pluribus uerbis illuſtrat, profecto cum peſtis nonnunq̃ ſolos homines, nonnunquam ueros pecudes tantum graſſetur, ut illa cuius meminit Verg. in Georgicis,

Hic quõdã morbo cœli miſeranda coorta eſt
Tempeſtas, totoq; autunni incanduit æſtu,
Et genus omne neci pecudũ dedit, omne ferarũ.
Corrupitq; lacus, infecit pabula tabo.

non conſentaneũ uidetur peſtẽ ex ſola corruptione aeris oboriri, ille. n. putrefactus æque pecudes, aues, ac homines ipſos inficeret. ſed de hac ipſa re multa poteris apud Farneliũ ꝑdocte, copioſe, eleganterq; ſcripta ꝑlegere. Cæterũ ut peſtis publice uniuerſos aggrediens communem habet cauſam infectũ aerẽ, ita etiã ꝑticulatim febris ipſa peſtilẽtialis uni cuipiã contingere poteſt, ex prauo Cibo, uitiata potione, uita nimis laborioſa, omiſsis laboribus, quibus aſſueuerat, inedia, ſ[?]q̃ repletio fuerit cõſecuta, uicinæ rei alicuius corruptione, uel ex Aliqua alia re huiuſcemodi. quod uero ad aerem ipſum ſpectat nõ eſt ignorãdum peſsimã eſſe ipſius ad immodicam caliditatem, atq; humiditatem conuerſionem, quare Galenus. 1. de temp. ca. 4. oĩum aeris temperamẽtorũ, peſsimũ id eſſe, quod humidũ & calidũ eſt, ſcribit. Arabes et Sauonarola licet multa uerboſiſsime ſcribant de pe-

ſtis cauſis nihil tamē amplius afferūt præter ea, quæ ſupra relata ſunt a nobis. Ariſtoteles ſect. 1. Probl. peſtilentē annū tūc inuadere ſcribit, cum ſol multū uaporis de terra excitarit, ſed præſtiterit eius uerba hic aſcribere. Cur, inquit, annus peſtilens tūc inuadit, cum ſol multum uaporis de terra excitat? an tunc annus humidus, pluuiuſq; ſignificetur neceſſe eſt, terrāq; madeſcere neceſſarium fit igitur ut qua ſi locis paluſtribus, grauibusq; pinde inhabitetur, & corpora quoq; multis tunc excrementis redundare neceſſarium eſt, ita ut ægrotandi materiā habeant in æſtate. Hæc Ariſtoteles. Nos iſtis, quantum ad peſtis cauſas attinet, contenti, certiſsima illius ſigna explicare conabimur.

Peſtis igitur ſigna uel futurum præmonſtrant, uel præſentem oſtendunt. Quæ igitur futuram præmōſtrant, nos olim his carminibus comprehendimus.

Perpetui cælo reſolutis nubibus imbres
Si ſtilent, lumenq; ſuū non promat Apollo,
Nec ſuetum fugiens tempus ſeruauerit annus,
Et uideas alto triſtes pendere cometas,
Humanasq; mouere horrenda tonitrua mentes,
Tunc fore ne dubites uenturæ incōmoda peſtis.
Vere etiam nimium frigus ſi corpora denſet,
Et nebulæ, atq; æſtus morboſa æſtate fatigent,
Vrentiq; cutim cælum ſiccauerit æſtu,
Mortales putredo feret, febresq; malignæ.
Vidi ego non certo graſſantes aere morbos,
Dūmodo uel frigus premeret, modo ſolueret æſtus

In cautos homines: quid.n.non pestifer annus
Quem pluuiæ autũni excipiunt, æstusq; maligni,
Inconstans, uariusq; dies, erit omnibus idem?
Si gelidæ caleant hyemes, si frigeat æstas,
Et sileant uenti, pendentibus aere nimbis,
Quã multos heu conficiet fœdißima tabes.
Contemplator item cum multa animalia terras
Plus æquo replent, camposq; & flumina late
Vda tenent, auidi mures, muscæq; uolucres,
Et non uisa retro, uermes, grandesq; locustæ,
Turpia tum miseros homines contagia lædent.
Tunc quoq; formida diræ symptomata pestis
Cum pecudes uarijs morbis capiuntur ægrestes.
Lanatiq; greges pereunt, tauriq; furentes,
Turbati quoq; signa dabunt certißima fontes.
Cum, quæ pura prius fuerat, limosa uidetur
Quam famulæ educunt puteis sublimibus unda.
Verum eadẽ si pota nocet, perimitq; bibentes
Aut cadat infelix undis uaga turba natantum,
Nec taciti pisces graueolenti flumine uiuant,
Heu mortale genus lætali febre cadet mox.
Infelix quoq; si lolium frumenta superstet,
Et cultis steriles campis dominentur auenæ,
Pascuaq; armentis paßim sint noxia toruis,
Aut olidas antris uulpes, leporesq; fugaces,
Inuenias misere uitam posuisse caducam,
Præsagire luem poteris, pestemq;, futuram.
Præcipue si terra prius, uastißima moles,
Horreret ueluti ac tremeret cõsurgere uisa est.
Vel

Vel media de nocte domus salijsse superbæ,
Vt formidarint dulces helycone sorores.
Non alijs olim medicorum gloria signis
Hippocrates doctis unus prospexit Athenis,
Cum pulsare fores pestem præsensit acerbam.
Ille etenim iußit campos incendere ciues,
Flamātosq; ignes fieri sacra mænia circum.
Et media urbe rogos crepitantibus utere flāmis:
Cinnama, thus, castam, laurū, æsopa, balsama, costū,
Sāpsucū, Abrotonū, Myrrhā, nardūq;, crocumq;,
Et quos terra uiris alios producit odores.
Nam tunc si nescis mortales dira tenebat,
Atq; horrenda lues, hominum sæuißima clades.
Sensere æthiopes, sensitq; ægyptia tellus,
Mox libyæ quos aura fouet, quosq; educat Hippo.
Senserunt mauriq; leues, Duriq; Getuli,
Bragada, carthago, Cornelia castra, Numidæ,
Tritonisq; solum quondam natale mineruæ.
Tandem phæbeas inuasit pestis Athenas,
Gæcorumq; urbes Abderam, strymona, pellam,
Non hanc Thebani, non effugere Mycenæ,
Pieridumq; sacri colles, lacedæmon, Amyclæ,
Non Megaræ campi, non Argos, phthia, terapne.
Non quascunq; colit uersutas Græcia terras.

Hæc de signis quæ pestem ipsam nobis uenturā præmonstrare clarißime possunt: præsentem uero ostendunt certißime bubones sub alis, aut post aures, aut circa inguinem potißimum sine manifesta causa, aut alijs etiam partibus carbunculi confestim obor-

ti. qui ſi in collo apparuerint cerebrum potiſsimum male affici oſtendunt, ſi ſub alis cor, ſi uero in inguinibus iecur. quod Hippocrates. 6. epid. par. 2. aph. 4. ijs uerbis ſignificauit, Abſceſſus ueluti bubones ſigna ſunt earum partium unde extuberant. uerũ cum non ſemper appareant bubones, quod tñ ſi contingit pernicioſiſsimum eſt, ꝗ ſcilicet natura tum imbecilla exiſtens. uenenũ non poſsit expellere, ad alias etiam notas reſpiciendum erit, quæ ſunt eiuſmodi. Aeger crebras ſentit in corpore punctiones, exteriora frigent, interiora ardent, capitis urget grauitas, oris ſiccitas, uehemens ſitis, propenſio magna ex parte ad ſomnum, interdũ uero uigiliæ, & deliria, difficultas ſpiritus, uomitus creber, urina fætida, oculorumq; aſpectus toruus, ac uarius. Hæc Fuchſius ſigna enumerauit, quibus adde quod Galenus lib. 3. de præſ. ex pulſ. ſcribit. cuius hæc ſunt uerba. deprehenduntur affecti hac peſte ſi febrem primũ percipiãt, deinde ſi non æqualiter, perpetuo febricitẽt, ad hæc ſi pulſum non habeant præualidum. ſi quidem qui intemperiei comites ſunt corporis ipſius cordis, imbecilli ſunt oẽs. accidit præterea ut docet Auicẽnas Appetitus deiectio, oris uentriculi dolor, inquietudo, ſplenis nõnunquam magnitudo, tuſsis ſicca, uirtutis proſtratio, ſyncope, præcordiorum tenſio. fluxus uẽtris, cachexia, egeſtio lenis, fætẽs, ſudor graueolẽs, anhelitus fætor qui mortem plane certam præſagit. Vrinæ inqui Paulus cernuntur dilutæ, tenues, bilioſæ, nigræ, mala habent ſubſidẽtia, quæ ſuper innatãt

peßima, nares sanguinem destillant, pectus ardet. profluia urgent biliosa, tenuia, & flatulenta.

Præsagium.

FEbris pestilentialis maxima ex parte pernicio sißima, est nam quod Gal. dixit. 3. de præs. ex pul. quam ex cogites medicinam ad putredinem quæ cor occupauit? nã quibus calor hic putridus ad humo res quos continent cordis sinus uninersus deflexit, non autem corpus ipsum uisceris, multi horum fue= runt superstites. appetitus uero non deiectus, mens integra, bonum, nam quod Hipp. 2. aph. 33. dixit in quouis morbo mente constare, & bene se habe= re ad ea quæ offeruntur, bonum, contra uero, ma= lum, in hac febre maxime uerificatur. Crisis maxi= ma ex parte mortem minatur, ut ex Galeni uerbis elicitur in. 13. aph. secũdi libri. si facies denigretur, pustulæq; in ea nonnullæ appareant nigræ, & subui rides mors proxima est. Alui excrementa uarij colo ris Fætida in principio ante morbi concoctionem, malum. nam & ustionem, & colliquationẽ, & cor= ruptorum humorum copiam, significant, sudor etiã frigidus cum febris augmento factus circa caput, & collum, mortale. Anhelitus fætens, perniciosum. Et quid cætera enumerem, cum huic febri nihil acci dat non grauißimum, ac perniciosum? quare his præter mißis ad alia quæ scitu digna, quo ad hanc febrem spectat, uidentur, me confero.

Hiſtoria ex lib. 2. Belli peloponneſiaci Thucydidis.

INeunte Aeſtate peloponenſes, ſocijq; ex duabus quemadmodum ſuperiore anno partibus atticam ingreßi sũt duce Archidamo zeuxidami filio lacæde moniorum rege, caſtrisq; poſitis regionem populabantur, ubi cum nõ multos dies fuiſſent, morbus pri mum Apud Athenienſes cœpit, prius quidem (ut aiunt) alibi quoq;, & circa lemnum, & alijs multis in locis graſſatus, cæterum neq; tantum peſtilentiæ, neq; tantum funerum uſquã fuiſſe memoratur. Nã huic nec medici pares erant ignoto eis inter initia, imo ipſorum plurimi extinguebantur, ut maxime il los adibant, nec alia ulla hominum ars, nec quæ in templis expoſcebantur, nec diuinationes & quæ sũt id genus, quibus utebantur, oĩa deniq; fruſtra fuerunt, eaq; homines malo euicti cum morerentur reliquerunt. Incœpit autẽ ut fertur primũ ex Aethiopia, quæ eſt ſup Aegiptum, Deinde in Agyptum lybiamq; deſcendit, & in regis magna ex parte regionẽ, confeſtimq; Athenas inuaſit, principio in pyræo contagionis facto, ita ut ab eis diceretur, uenena in puteos (nondum enim illic fontes erant) a pelopo nenſibus eſſe deiecta. mox & in ſuperiorem urbem proceßit, multoq; magis iam mors ingruebat. Refe ratur igitur hoc, ut cognoſcat quiſq; uel peritus me dicinæ, uel imperitus, unde credibile ſit id extitiſſe, quaſue ſatis idoneas exiſtimet cauſas, quæ ad tantã mutationem uim haberent. Ego uero quæ potero re

feram, & quæ sibi quisq; proponens si q̃n hoc rursus incidat, iam prædoctus habeat aliquid præcipue, unde non ignoret aperiam, & ipse passus hunc morbum & alios patientes intuitus. Enimuero annus ille, ut confeßione fere omnium constat, maxime immunis fuit aliorum morborũ. quod si quo quis alio prius laborabat, is morbus in hunc omnino conuertebatur. Cæteros quoq; salubri corpore repente nulla ex causa, corripiebant ante oĩa capitis acres feruores, oculorum ruboris suffusio, adustioq;. Introrsum uero statim lingua cum faucibus sanguinolenta uisebatur, spiritus arcte, & cum graueolentia meabat, deinde ex ijs sternutatio, raucitasq; existebat. nec diu post labor in pectus, cum uehementi tußi descendebat, & cum ad præcordia hæserat illa uexabat. sequebãtur cunctæ fellis, & humoris quæ a medicis nominãtur apocatharses, & ipsæ cũ ingẽti cruciatu, & plerisq; inanis incidebat singultus, acrem ciens spasmum, qui in quibusdam protinus, in quibusdam serius sedabatur. Et corpus quidem exterius nõ admodũ feruẽs tactu erat, neq; pallidum, sed subrubrũ, fuscũ, minutis pustulis ac papulis scatens: Interius aũt ita ardebat, ut neq; ꝑquã tenuuia uestimẽta, aut syndones inijci, neq; aliud quidpiã nisi nuditatem sustineret. iucundißimum erat in gelidam seipsos aquam abijcere, id quod in puteis multi eorum, quibus custos deerat, fecerunt, inexhausta siti adacti, Quãquam perinde erat nimis, ac minus bibere. Accedebat huc inquies membrorum, ꝑpetuaq; uigi-

gilia: Neque uero corpus quoad morbus augebatur, flaccescebat, sed opinione hominum fortius pesti reluctabatur. Adeo plurimi intra nonum, aut septimũ diem ab ardore urente uitalia necabantur, adhuc aliquid roboris habentes, aut si hoc tempus exissent, tamen desidente ad uterum morbo, atq; illum acriter cõcutiente, idque cum assiduo profluuio, multi quoque postmodum debilitate ipsa peribant. Peruagabatur .n. omnẽ corporis superficiem, in capite primum coalita lues: ex qua utique perniciosissima si quis cõualescebat, eius uiolentiã significabant extrema mẽbrorum, si quidem aduerenda, & ad sũmas manus, summosque pedes pro rũpebat, quibus nonnulli amissis liberabantur, quidam amißis & oculis, sunt etiam quos simul ac surrexerunt, omniũ pariter cœpit obliuio, necessariorum quoque, ac sui ipsorum. nam genus morbi in singulis extitit, & maius quàm ut exprimi, & acerbius, quàm ut humana natura tolerari poßit. in hoc declarans præcipue aliquid aliud fuisse præter consueta, quod cum multa hominum cadauera iacerent insepulta, alites, quadrupedesq; ea uel non adierunt, uel quæcunq; gustarunt, attigeruntq;, periere. Quibus. ex auibus euidens fiebat coniectura, ꝙ neque circa cadauera, neque alibi uisebantur, canes magis ꝑꝑ hominis consuetudinem mali significationem dabant. uerum (ut alia multa calamitatis genera præteream) quæ singulis acciderunt, alijs ꝗ alijs asperius, eiusmodi in totum morbus fuit, cum aliud quoddam insolens acceßit, quod tunc animos

afligeret, quod quicquid fiebat, proficiebat in morbum. Peribant alij per incuriam, alij p multã curationem, nec de ulla medicina constabat, quã quis diceret utilẽ fore, si offerretur. qđ enim alteri proderat, id officiebat alteri. Corpus integrum erat nullũ præseferens roboris, imbecillitatisq; discrimen. idq; & si quantalibet obseruatione curaretur, peste corripiebatur. teterrimũ tñ totius mali fuit animi defectio, quoties quis languoris sibi conscius, protinus anticipata desperatione sui multo scipsos magis destituebant, nec languori resistebant. Et quia alius ob alterius curationem plus lædebatur, ritu ouium moriebantur, quæ præcipua mortiũ causa extitit. Nam siue præ metu inuicem nõ adirent, destituti peribãt, unde multæ domus uacuæ factæ sunt, siue adirẽt inficiebantur, & præcipue qui officij gratia diligentius aliquid administrassent, ut pote pudore non adeundi amicos, ipsi sibi nõ parcentes. Postquã domestici eos qui uita excesserant, cõplorauerant, deficiebãt luis uehementia superati. uerum ij præcipue moriẽtem laborantemq; miserabantur, qui ipsi euaserant. quippe id iã antea experti, ac de se securi, neq;.n. bis eũdem morbus corripiebat, duntaxat ut extingueret. Qui quidem ab alijs beati censebantur, & sua ipsi sponte, ob suæ sospitatis lætitiam, spem in posterum præsumebant, ne quãdo alio morbo absumerentur. Angebat autem eos præter ingruentem pestem cõportatio rerum ex agris in urbem: ijs qui ex agris migrauerant, grauior. Quippe domorum penuria,

in cauernis utiq; tempore æstiuo animã strangulantibus agitabãt. Ita non modo sine ulla dignitate expirabãt, sed alij alijs immortui mutuo iacebãt, semianimesq; in uijs, & circa fontes omnes aquæ desiderio uolutabãtur. Quin ipsa templa in quibus tabernacula fecerant, referta erant illic mortuorũ, hominibus uiolentia mali quid agerent non habentibus, abalienatisq; a cognitione sacrorum, sanctorumq;. ꝑturbatis pariter omnibus sepulchrorũ iuribus, quibus antea utebãtur, cum sepelirent quisq; ut poterant. Multi quoq; iam familiariũ strage, quia idonea deerãt, ad pudenda conuertebantur sepulchra. Nam alij, occupatis quas alieni exstruxerant pyris, mortuum suum imponebant, ignemq; subijciebant: alij cũ alter arderet superiecto quem ferebant, adibant, unde primum incœpit in ciuitate uitium hoc, in maius euasurum. Facilius. n. quis audeat ea, quæ prius occulta uoluisset, ne cõperta forẽt inimicis uoluptati, uidentes tam in promptu fortunæ cõmutationẽ, beatos repente morientes, modo inopes repente illorum bona consequentes, operæprecium putauerũt, ad subita gaudia, uoluptatesq; transire, diurnã arbitrantes & uitam, & pecuniam. Nemoq; per honestatem, quam cernebat, animum induxit, ad inferendas sibi ærũnas, inexploratum habens, priusquam ad illam perueniret, occumberet nec ne. Quod autem in præsentia erat iucundum, & undiq; ad se animum pelliciẽs, id & honestum constituebat, & utile, deorum metu, aut hominũ legibus nequaquã coercitus.

cum & in æquo poneret pium, uel impium esse, uidentes æqualiter cunctos oppetere mortem, nec timerēt eousq; uindictæ ueniendum, ut delicta uiuentes luerent: multoq; maiorem illius iudicij penā imminere, in quo tulissent iam factā sententiam, quæ antequam decidat, consentaneum esse se aliquantulum uita frui. Hæc thucydides. Describit pestem & Ouidius adeo docte, adeo eleganter ut eam hic adscribere placuerit, lector. n. scio ex eius carminibus tum uoluptatem percipiet, tum utilitatem

Aeacus ingemuit tristiq; ita uoce locutus.
Flebile principiū melior fortuna secuta est.
Hanc utinam nobis possem memorare, sine ullo
Ordine nunc referā, neu longa ambage morer uos
Ossa cinisq; iacent memori quos mente requiris,
Et quota pars illi rerum periere mearum?
Dira lues populis ira iunonis iniquæ
Incidit exosæ dictas a pellice terras.
Dum uisum est mortale malum, tantæq; latebat
Causa nocēs cladis, pugnatū est arte medendi,
Exitium superabat opes, uictæq; iacebant.
Principio cœlum spissa caligine terras
Præssit, & ignauos inclusit nubibus æstus.
Dumq; quater plenis expleuit cornibus orbem
Luna, quater plenum tenuata retexuit orbem,
Lætiferis calidi spirarunt æstibus austri.
Constat & in fontes uitium uenisse, lacusq;:
Miliaq; incultos serpentum multa per agros,
Errasse, atq; suis fluuios temerasse uenenis.

Strage canum primo uolucrumq;,auiumq́; bouũq;,
Inq; feris subiti deprehensa potentia morbi est.
Concidere infelix ualidos miratur arator
Inter opus tauros,medioq; recumbere sulco.
Lanigeris gregibus balatus dantibus ægros,
Sponte sua lanæq; cadunt,& corpora tabent.
Acer equus quondam,magnæq; in puluere famæ
Degenerat,palmæ,ueterumq; oblitus honorum
Ad præsepe gemit leto moriturus inerti.
Non aper irasci meminit,nec fidere cursu.
Cerua,nec armentis incurrere fortibus ursi.
Omnia languor habet,syluis,agrisq́;,uijsq;
Corpora fæda iacent:uitiantur odoribus auræ.
Mira loquor non illa canes,auidæq; uolucres.
Non cani tetigere lupi,dilapsa liquescunt,
Afflátuq; nocent,& agunt contagia late.
Peruenit ad miseros dãno grauiore colonos
Pestis,& in magnæ dominatur mœnibus urbis.
Viscera torrentur primo,flãmisq; fatiscunt:
Indicium rubor est,& ductus anhelitus igni.
Aspera lingua tumet,tepidisq; arentia uentis
Ora patent,auræq́; graues captantur hiatu.
Non stratum,non ulla pati uelamina possunt,
Dura sed in terra ponunt præcordia,nec fit
Corpus humo gelidũ,sed humus de corpore feruet.
Nec moderator adest,inq; ipsos sæua medentes
Erumpit clades,obsuntq; autoribus artes.
Quo propior quisq;,est seruitq; fidelius ægro,
In partem læti citius uenit,atq; salutis

spes abijt, finemq; uident in funere morbi.
Indulgent animis, & nulla quid utile cura est,
Vtile.n.nihil est, paßim positoq; pudore.
Fontibus, & fluuijs, puteisq; capacibus hærent.
Nec sitis est extincta priusquā uita bibendo.
Inde graues morbo nequeunt consurgere, & ipsis
Immoriuntur aquis, aliquis tamen haurit & illas,
Tantaq; sunt miseris inuisi tædia leti
Prosiliunt, aut si prohibent consistere uires
Corpora deuoluunt in humum, fugiuntq; penates
Quisq; suos, sua cuique domus funesta uidetur.
Et quia causa latet, locus est in crimine totus.
Semianimes errare uijs dum stare ualebant
Aspiceres, flentes alios, terraque iacentes,
Lassaque uersantes supremo lumina motu,
Membraque pendentis tendunt ad sydera cœli,
Hic illic ubi mors deprehenderat exhalantes.
Quid mihi tunc animi fuit? aut quid debuit esse?
Vt uitam odissem, & cuperem pars esse meorum.
Quo se cunque acies oculorum flexerat, illic
Vulgus erat stratum, ueluti cum putria motis
Poma cadunt ramis, agitataque ilice glandes.
Templa uides contra gradibus sublimia longis,
Iuppiter illa tenet, quis non altaribus illis
Irrita thura dedit? quoties pro cōiuge conuix,
Pro nato genitor dum uerba precantia dixit,
Non exoratis animam finiuit in aris?
Inque manu thuris pars inconsumpta reperta est?
Admoti quoties, templis dum uota sacerdos

Concipit, & fundit purum inter cornua uinum
Non expectato ceciderunt uulnere tauri?
Ipse ego sacra ioui pro me, patriaq; tribusq;
Cum facerem natis, mugitus uictima diros
Edidit, & subito collapsa sine ictibus ullis
Exiguo tinxit subiectos sanguine cultros.
Fibra quoq; ægra notas ueri, monitusq; deorum
Prodiderant, tristes penetrant ad uiscera morbi.
Ante sacros uidi proiecta cadauera postes,
Ante ipsas, quo mors foret inuidiosior aras.
Pars animam laqueo claudunt, mortisq; timorem
Marte fugant, ultroq; uocant uenientia fata.
Corpora missa neci nullis de more feruntur
Funeribus. neq;. n. capiebant funera portæ.
Aut inhumata premunt terras, aut dantur in altos
Indotata rogos, & iam reuerentia nulla est,
Deq; rogis pugnant, alienisq; ignibus ardent.
Qui lachryment desunt, indefletæq; uagantur
Natorũ, matrumq; animæ, iuuenumq;, senumq́;,
Nec locus in tumulos, nec sufficit arbor in ignes.

Ex his quæ tum a Thucydide, tum ab ingenioso poeta descripta sunt, facile quis coniectare poterit quã grauis res quædã imprimis sit pestilentia. quare uelis remisq; (quod aiunt) conandum est ut omnes sibi caueant ab insuperabili morbo. nosq; antequã eius curationem aggrediamur, rationem quãpiam, qua poßit quilibet seipsum tutari, ne peste capiatur, trademus.

Principio igitur cum pestem futurã, ex signis, quæ

ſuperius a nobis declarata ſunt prænoueris, quã primum deo optim. max. eiuſq; filio noſtro apud illum patrono, te ipſum totum concredito, non. n. dubium eſt (quicquid blaterẽt noſtri epicuræi) illum eſſe qui percutiat, illum eſſe qui ſanet. Quod et Hippocrati conſentaneũ uiſum eſt, cum in morbo ſiquid ſit diuinum inſpiciendum, conſiderandumq; monet. nam expoſitio quam Galenus affert, detorta eſt plane, & ab Hippocratis mente ualde aliena, nec philoſopho digna platonico. Poſtea uero corporis exiccationi eſt incumbendũ. Victus igitur ex ijs conſtituatur, quæ facilis coctionis ſunt, & putrefactioni minime obnoxia, quibus aceti aliquid. aut acidus alius quiſpiã ſuccus, ut omphacium, aut citrij mali, aut limonum ſuccus admiſceatur. Aeſtatis tempore bugloſſum intubum, lactuca cichorij flores, oxalis ex oleribus conceduntur, Hyeme uero ſaluia, Hortenſe apium, Maiorana, Mellyſſophillum, & Hyſſopus Betonicã uero comedere, & conditos cappares plurimum comendantur. Nonnulli citrij corticem tenuiter incidunt, cum aceto ac cinãmomo præparãt eiuſdem etiã flores, & aranciorum quibus pro acetarijs utuntur. Panis ſit probe ſubactus, fermenti, & ſalis modice particeps, caro gallinarum, gallorumq;, phaſianorum, perdicũ, columbarũ, Attagenarũ, turturũ, turdorũ, merularũ, omniũq; paſſerculorum, et auicularum. Præterea piſcium ſaxatiliũ, gobionũ, murenarũ, & aſellorũ, q̃q̃ bis rarius, & ſeparatim nõ cum carne ueſci conuenit, inter quadru=

pedes conducit hædus, & uitulus, ex uenatione capreolus, & cuniculus, reliquis uero abstinendum. Cũ quibus Hyeme potissimum aliquid casiæ, garyophillorũq; est admiscendũ, rosmarinũ & huiusmodi. magis quoque assata conueniunt, q̃ elixa. & cocta in uino quàm in aqua. Oua recentia tremula, aut etiã mollia ante cibum recte sumuntur, caseus, lac, panificia, omneq; opus pistoriũ, & quæcunque lentorẽ præseferunt, item quæ facile corrumpuntur in uentriculo, ut fructus omnes horarij, exceptis uuis, & ficubus, caueri debẽt. Sorbitiones ex cremore ptissanæ, aut ex lacte amygdalino, tã pauperibus quàm opulentis congruunt. Pinguia nimium & iurulenta improbantur. Ex fructibus quæ reponi possunt conceduntur pruna, quæ excellentiæ uocabulo damascena uocantur, Ficus recens matura, Vuáq; a ubi paulum suspensa quod flatuosum est, abiecerit, tuto comeditur, sicut & uua passa. Malis granatis, citrijs, piris, cerasis acidis, & mespilis, non ut alimentis, sed ut medicaminibus, ad stomachũ, uentrẽque roborandũ utimur, sicut ad meatus corporis internos aperiundos amygdalæ comendantur, alias praui succi generandi efficaces. Legumina fere omnia improbãtur, Faba, nisi flatulenta esset, nullum succũ uitiosum producit, neque meatus obstruit. Pisum flatuosũ nõ est, sed minus abstergit. Cicer per interuallum sumptum urinas mouet, præstat autem omnium istorũ decoctum quã substantiã exhibere. Potioni conuenit uinum album, tenue, pellucidũ, urinam mouens, mo

dice austerum. non nouũ, non uetustum ualdet, quod caput non feriat. crassa, nigra, graueolentia, ualde aut austera, aut dulcia uitari debent. Porro odorata humoribus quidem probis gignendis potiora cẽsentur, sed caput tentant, nisi aqua diluantur. At calidis admodum temperamentis hominũ uel naturæ, uel ætatis beneficio, aqua uini potu utilior est. licet autẽ aquã bibere fontanã, leuẽ, pellucidã, quæ ad orientem, aut certe ad septentrionẽ decurrat. Qui stomacho robusto pollent, cruda, qui imbecillẽ habent cocta cũ momento acori (quã galangã uocant) utentur. Somnus moderatus esto, qui non ex horarũ numero, sed temperamẽti ratione estimari debet, talis. n. concoctionem promouet, spiritus & animũ refocillat, Diurnus uituperatur nisi quis ob assuetudinẽ non poßit absque noxa dimittere, aliquid. n. consuetudini condonandũ. Immoderatus uero, & statim a cibo initus corpus eneruat, ingenij aciem, & sensus obtundit, graues cerebri morbos, & prauam concoctionẽ progignit. Post somnum uero nonnihil facit ad sanitatem etiam concubitus, sed ijs taatũ quibus est licitus, non autem nimis concupiscendus, nec nimis pertimescendus est. sed quantum ad aerem spectat nullũ certe præsentius remedium quã pestilentẽ fugere, et alio cõcedere, excogitari potest. neq;. n. ulla alia aeris pestilentis euitandi ratio est, & inuitis etiam nobis hauriendus est, nisi in locum concesserimus ubi minime uitiosus sit, sed plane optimus. quod eo magis, ac citius faciendum, quod malum ip

ſum contagioni obnoxium ſit, quemadmodum experientia ipſa docet. quare quibus cōmode per officia licet, ij nulla ratione ſe induci patiātur, ut in aere pestilente morentur. quod niſi fecerint, ſe præſentis mortis periculo exponent. ſi uero certas, ac iuxtas ob cauſas, ut fugias minime licuerit, tum prima cura ſit ut domus, in qua tibi cōmorādum erit, ab omni fætore pura, atque aliena ſit. Feneſtræ eiuſdē clauſæ ſint, ne aer peſtilens ingrediatur. Raro & non niſi cœlo ſereno in publicū prodeūdū. neque id etiam niſi prius ſumpto medicamento quod a contagione ſeruare queat, in ædibus etiā cottidie ſuccendendus ignis e lignis quercinis, aut iuniperinis, uel ex ſarmētis, quo aer illarū purgetur, quis. n. ignorat Hippocratem admirandū illum non alia ratione peſtilētiā ex Aethiopia græcos inuadētem fugaſſe? quippe qui ignem per totas Athenas incendi iuſsit, non ſimplici ex lignorū materia, uerū ſertis, floribuſque ſuauiſsimis, unguentis ualde pinguibus, & odoratis ſuperinfuſis. Quamobrē aurea ſtatua, tanquā numē aliquod patriæ & conſeruator donatus eſt. qui honor Athenis nulli antea obtigiſſe legitur, poteris igitur igni roremmarinum, maioranam, ſtyracem, Ambar, aliaque odorata inijcere, ſummopere uero laudatur puluis qui habet, Roriſmar. M. 5. ſaluiæ, Betonicæ, abſynthij, Maioranæ, origani ſingulorū, M. 1. Terantur oīa ſubtiliſsime, & fiat puluis uel Accipe Granorum uiniperi unc. 1. Myrrhæ dra. iij. Thuris, Maſtiches utriuſq; drac. iij. ſ. Radicis Ga=

ryophillatæ

riophillatæ dr.5. Rutæ unc.5. corticũ cupreßi dr.ij. tritis omnibus fiat puluis. uel Accipe Ambræ, Musci, sing. dr.1. xyloaloes dr.5. Camphore dr.iij. ita uero tum hæc oĩa tibi cõparaueris facito, Ambra in nitido Vase calidis cineribus superimponatur, eiq; aquæ rosf. parũ immisceatur, agitetur diu donec crassescat. postea uero reliqua q̃ tenuißime trita inijciantur, agitenturq; & coquãtur, deinde supra marmor oleo inunctũ proijciantur, usuiq; seruentur. nã eius fumus qui ex accensis carbonibus eleuatur, tum pestilentiæ tum morbis alijs aduersatur, confert.n. epilepticis, Cardiacis, naribus, ori, & auribus cũ fætẽt, putridis dentibus, & gingiuis, uenerem stimulat, stomachũ roborat, & ad alia etiã ualet q̃ plurima. Potest etiã fieri pomũ (quod uocant) hoc modo. Accipe, Ambræ, Musci, Ladani, sing. dr.1. gariophillorũ, cinãmomi, aliptæ muscatæ ana. dr.iij gummi arabici, camphoræ sing. dr.1. Hæc oĩa in puluerẽ trita cum aqua Rosf. ad ignẽ dissoluantur, uniantur, ex quibus pomũ conficiatur pforatũ, uel non perforatum, ut magis libuerit, & odoretur. tuetur.n. corpus ab omni aeris pestilenti putrefactione. exhilarat, spiritus corroborat, & à pestis contagio securũ reddit. Accipe Iridis illyricæ, zedoariæ, spicæ nardi sing. unc.ij. styracis, Mastiches, cinnamomi, Agallochi, nucis muscatæ, gariophyllorũ, sing. semũciã, Ben iudaici, Ambari, utriusq; scrupulũ. In uino albo generoso p dies uiginti in sole macerentur, aut decem tantũ diebus macerata destillentur, Hoc spongiam recentẽ

imbutam odorari sæpius licet, Aestiuo tempore aer hoc pacto refrigeretur. Accipe Foliorũ myrti, lib. 1. 5. sandalorũ alborũ & rub. ana. lib. 5. Ros. lib. 1. Buliant oĩa hæc in aqua & aceto deinde hoc decocto cubiculi pauimenta, et parietes irrorentur, Herbæ frigidæ ut salicũ frondes, Harundinũ, Vitis, Cotyledonis, sedi, et huiusmodi per domũ proijciãtur. uel accipe. xv. uel. xx. spongias quas cũ aceto repleueris, uel in prædicta decoctione infunderis, circũparietes cubiculi suspende, aqua etiã frigida per cubiculũ instar riuuli ducatur, aerq; flabello agitetur. nam eo motu purificatur, et ne putrescat, inhibetur. resistit quoq; aeris putrefactiõi, et pesti pomũ quoq; huiusmodi odoratur. Accipe Caphuræ dr. 1. sãdolorũ alb. et rub. ana. dr. 5. Ros. dr. 1. 5. Foliorũ myrti, Baccarũ myrti, ana. dr. ij. Thuris, Myrrhæ, ana. dr. 1. Ladani dr. ij. Aceti Acerrimi dr. 5. gũmi Arabici, tracacanthæ dr. 1. resoluantur oĩa in aqua ros. et pomũ conficiatur. Hoc uti poterit et medicus dũ huc illuc ad ægrotos se cõfert, uel Accipe Ros. rub. uiolarum ana. unc. iij. corticũ citri, Myrtorũ, Baccarũ iunipe=ri, sandali lutei, sing. sescunciam, Caphuræ, Ambari, ana. obolũ unũ, Ben iudaici, Musci, sing. semiobolũ. sicco aut cũ liquore affuso uestes ac linthea inficito, nares quoq; attingas. Quin & spongia liquore hoc tincta gestari in pila caua foraminibus peruia ex iunipero, aut cupresso, uti malũ ambarinũ, potest: præcipue cũ in aerẽ progrederis, quẽ mane ieiunus adhuc nõ tuto inspiras. Tũ etiã paupibus qui sũptuosã

cōpositionē habere nequeūt, cinămomū, gariophy=lō, angelică in os sumere, in eoq; uersari prodest, dū se receperint. Iā confert Aceti partes duas, aquæ ro. ună spōgia excipere. et sepius odorari, præsertim in cætu hominum, concionibus, tonstrinis alijsq; officinis publicis. Habitatio sit in editiore loco, fenestras habeat ad orientē & septētrionē, quibus mane, et uesperi aer nouus hauriatur, & siquis uitiatus notus fuerit emittatur, ac suffitibus odoratis ut supra docuimus emēdetur. uitari debent loca humida, ad terram sita, obscura, quæ nullus ignis nullus aer purus ingreditur, ac permeat ut Hypocausta. Balnea publica potissimū inuniuersum detestanda, quod tū apertis corporis meatibus facile aer pestilens ingrediatur. Posthæc diligēter cures ut si corpus recremētis plenū sit purgatione congrua euacues, sin abundet, sanguine hunc quoq; dimittas, ratione uirium et humoris noxij habita, necessariū.n. est ut qui pestem sit euasurus corporis exiccationi uacet, Galenūq; mitetur cuius hæc sunt uerba.1. de diff. feb. cap. 4. uidi ego aliqñ i tali tēporis statu qualē ait Hippocrates in cranone fuisse, non paucos carbunculos grassari p populū, quorū erat generatio eadē, oīaq; alia quē admodū scribit Hippocrates exquisite similia, et qui dē quæcunq; in tertio libro qui epidemia inscribitur de pestilenti aeris statu ab Hippocrate referuntur, in altero eidē simili pari modo euenerunt. erat autē eorū summa ut ostendit Hippocrates ipsa putrefactio, qđ cū nos præuidissemus, statim ab initio quæ

cunq; corpora humida uidebamus, omni uia siccare conabamur, quæ uero sicciora in his antiquum habitum seruabamus: At in quibus superfluitates redundabant, hæc purgationibus sanabamus, obstructiones foraminũ aperire, atq; abstergere studebamus. Vt recte igitur Guinterius monet purgationẽ unicuiq; pro sua natura et humore superfluo medicus præscribet, Nã alijs pituitosos humores euacuari conuenit, alijs biliosos, quibusdã melãcholicos, quibusdã serosos nonnullis mistos auferre cõsultum est, At humores crassos uiscososq; uti pituita, & bilis atra potißimum, interim et porracea quædã bilis in uentriculo, uitellina quæ in uasis existit, attenuare prius, & incidere, item meatus p quos hi transmittuntur, trahunturq; aperire cõuenit. Id præstat optime oxymeli ex sententia Galeni compositũ, si ante cibum mane, & uesperi, p biduũ singulis uicibus, instar mystri assumatur, nonnulli utuntur serapio Gẽtilis quod accipit. Radicũ quinq;, dulcis radicis, issopi, ana. unc. 5. Melyssophylli, Adiãti, scolopẽdrij ana. M. 1. seminũ endiuiæ, portulacæ, sandalorũ alborum, rub. ana. unc. 5. sacchari lib. 1. fiat serap. & aceto cõdiatur. si uero materia fuerit omnino frigida lignũ aloes, gariophillos, myristicas nuces et huiusmodi poteris addere. Præparatis humoribus cum purgare corpus uolueris recte sumes medicamentũ qđ Galenus sacrũ ex aloe uocat, recipit autem hæc, Cinãmomi, xylobalsami, Asari, spicæ nardi, Mastiches, ana. dr. vi. Croci dr. v. Aloes dr. xc. in catapotia redigi=

tur, & drachmæ instar exhibetur. robustis corporibus & frigidis in locis degentibus poterunt exhiberi dr. ij. usq; ad. iiij. Hieræ ex colocynthide. Compositio quoq; rufi plurimũ cõmendatur, quæ sic habet. Aloes ieiorariæ partes duas Myrrhæ, guttæ ammoniacæ, ana. partẽ unã. potest etiam esse usus harum pilularũ quæ accipiũt. Aloes Iecorariæ dr. iij. Myrrhæ dr. 1. 5. Agarici præparati dr. 1. croci orientalis dr. 5. boli armeniæ præparatæ scrup. 1. seminis mali citrij scrup. ij. Mastiches scrup. 5. radicis pimpinellæ dr. 5. cũ stillatitio rosarũ liquore fiant ex drachma una pilulæ. xiij. exhibeantur. iij. plus minus ut perito uidebitur. si bilis tantum superare uidebitur his catapotijs utendũ erit. quæ accipiunt. Hieræ piræ Galeni scrup. ij. Rhabarbari scru. 1. scãmonij præparati gr. vij. ex succo rosaceo finge catapotia instar cicerũ. exhibe. quod si bilis atra purgãda est accipe Hieræ ex aloe scru. ij. Hellebori nigri præparati gr. vij. aut arabicũ antidotũ quod Hamech ascribitur quaternis drachmis præbeatur. Delicatioribus naturis, & molli carne præditis, pueris, mulieribus, senibus in bilioso humore uacuando optime facit cassia fistularis instar unciæ p se, aut drachma rhabarbari adiecta, quacunq; sumatur forma, aut serapiũ ex cichorio & rhabarbaro unc. iij. Ad pituitam cõuenit Agarici in orbiculos redacti dr. 1. senæ alexãdrinæ. unc. 5. macerãtur p noctem in oxymelite, aut uino odorato, mane expressum ius oui albumine, ut purius euadat, sufferuescit, oĩbus, quæ supernatant

abiectis, mox p saccum in quo cinãmomi, nucis muscatæ, & sacchari sit momentũ tandem rosarũ succi uncia additur, sin autem melancholicus urgeat epithymi cretensis, si haberi poßit, dilutũ in lactis caprini sero offerto. at si uitiosus humor exiguus sit, sanguis autẽ bonus plurimus, is primũ mitti, postea medicamentum exhiberi debet. sed diligens esto ut oĩa quæ sanguinis detrahẽdi methodus exigit exacte obserues. Ad hæc plurima sunt medicamenta quibus ad euitandam pestẽ utimur, ut electuariũ quod de nucibus appellatur, quod accipit. iuglandiũ nu. xx. ficuũ pinguium nu. xv. ruthæ. M. ij. absynthij, parthenij, scabiosæ ana. M. 1. radicis aristolochiæ longæ unc. 5. Pistolochiæ unc. 1. 5. radicum tormentillæ, petasites, pimpinellæ ana. unc. ij. 5. foliorũ diptamni cretensis. M. 1. baccarũ lauri dr. iij. Cornu ceruini usti. dr. ij. 5. Maceris, Mirrhæ, boli armeniæ, terræ lemniæ, ana. dr. iij. salis marini. dr. 1. 5. nucis uomicæ dr. ij. florũ buglosi. M. 1. Contusis, ac tritis oĩbus excipiantur melle despumato & fiat medicamentum liquidũ ad modũ ecligmatis. Valet quoq; plurimum is puluis qui habet foliorũ diptamni unc. 5. radicum zedoariæ, betonicæ altilis, pimpinellæ, tormentillæ, ana. dr. 5. corticũ citrij dr. iij. terræ lemniæ dr. vi. boli armeniæ unc. 1. Myrrhæ selectæ, aloes iecorariæ, ana. unc. 5. croci dr. 5. Mastiches dr. 1. 5. dulcis radicis dr. 1. scabiosæ, oxalidis, ana. dr. iij. sandalorũ purpureorũ dr. 1. ramentorũ eboris, antheræ, ana dr. 5. oßis cordis ceruini, coralliorũ rub. ana. scrup. ij. ca-

phuræ gr. v, terantur omnia, et fiat puluis, dosis dr. 1. Mathæus de gradi laudat hunc puluerē qui habet, Emblicorū, charabæ, stæcados, zedoariæ seminis citrij mali, baccarū myrthi, spodij, ana. dr. 1. s. Margaritarū albarū, Iacynthorū, saphirorū, smaragdorū, ambræ, croci, Cinamomi, ana. dr. 1. boli armeniæ lotæ, scrup. 1. caphuræ. gr. iij fiat puluis. Ioanes Manardus post humorū purgationē, uice theriaces hoc utendum medicamento suadet. quod accipit. sanguinis sicci anatis maris, anatis fœminæ, anseris, hædi, rutæ syluestris, seminis fæniculi, cumini, anethi, buniados. 1. napi syluestris, uel si non habetur, napi uel rapi, ana. dr. iij. radicis gentianæ, trifolij, schænoanthos, Thuris, rosarum siccarū, ana. dr. iiij. piperis albi, & longi, costi, phu, anesi, cinămomi, ana. dr. ij. Myrrhæ, nardi, ana. dr. vi. bēzoi, Asari, Ammoniaci, ana. dr. iij. Mari, Agarici, ana. dr. ij. carpobalsami gr. xx. Ireos, croci, rheipontici, zinziberis, mastiches, ana. dr. 1. stæchados dr. v. fit tenuißimus puluisculus ex omnibus, & cū quadruplo mellis eletti beneq; expumati cōmiscetur, & uase argenti purißimi ueluti thesaurus præciosißimus cōseruetur. nō solum. n. in pestilentia utile est, sed & uenenis uniuersis, ac serpentium morsibus summe aduersatur, exhibet primo die dr. ij. altero autem die dr. 1. sequētis pulueris, qui habet. Tormentillæ, seminis citri, sem. cardui benedicti, partes æquales, cum uino. altera (inquit) die comedătur duæ nuces, totidē caricæ, folia rutæ. xx. adiecto exiguo salis, sequenti die bo=

lus herbenæ herbæ masticetur bene, & demum deglutiatur, Alio die pulueris Hyperici dr.i. cum bono uino bibatur. alio ex pilulis Rufi. scrup.iiij. sumantur postremo die scrup.i. rebibarbarici masticetur, & paulatim deglutiatur, deinde iterum ad antidotũ primo descriptam recurratur, sed sat erit unicã drachmã sumpsisse, & consimili ordine seruato unũ ex his quæ superius scripta sunt quoq; die accipiatur, donec hyems perdurauerit, caloribus iã ingruentibus cum rosaceo saccaro, rosisq; ipsis, & aqua earum, ac cichorij, cuncta erunt plus minusue refrigeranda, secundum quod maiores minoresue æstus, corpusq; requirent. hæc Manardus. resistit pestilentiæ myrrhis, quam nõnulli eam esse herbam putãt, quã chærephyllũ uocamus. nam de ipsa Dioscorides hũc in modũ scribit. Aiunt quoq; eandem bis die terue potam ex uino in pestilentia salutarem esse, & ne morbi contagia sentiatur, obstare.

Curatio febris pestilentialis.

QVibus igitur peste correptis superior uentriculus pituitam continet, uomitionibus sollicitare, quibus sanguis inundauerit, secare uenã oportet eo in latere, in quo bubo existit. si igitur post aures, aut circa mentum, aut alijs faciei, aut colli partibus bubo emerserit, ex humerali uena eiusdem lateris sanguis mittendus est. si sub alis interior uena incidenda est, aut ubi illa non apparuerit media. si in inguine oriatur bubo ex malleolo eiusdẽ lateris sã-

guis educẽdus. quod ſi uero nullus appareat bubo ex eo latere detrahendus ſanguis, ubi maior dolor, & grauitas. Porro ſi pp ætatem, aut alijs de cauſsis ue næ ſectione uti non licebit, cucurbitulæ affigendæ erunt dorſo, aut humeris, aut cruribus. Itẽ per uri nas, & ex toto corpore facta purgatio aliæq; hoc in caſu ſunt utiles. conſiderandum igitur, antequam euacues, quis nam humor potiſsimũ uel qualitate, uel quantitate moleſtet, nam ſi fuerit bilis decoctum parabis ex tamarindis, prunis, uiolis, myrabolanis luteis, & huiuſmodi, adijciesq; mãnam, caßiam, uel Rhabarbarũ, aut electuariũ de ſucco roſarum, aut diamãna, aut diaprunis non ſcamoneatum cum rha barbaro. ſi pituita redundet ea quæ pituitam tũ inci dunt, tum euacuant exhibebis, ut plurimum uero in hac febre omnes ſimul humores uitiantur, quamo brem miſtis & compoſitis medicamentis uti opor tet, ex Paulo Aegineta, & Sauonarola & Fuchſio. quod ſi etiam æger ardore æſtuet & flãmam uſque ad pectus pertineat, haud abs re fuerit refrigeria pectori applicare, & potionẽ frigidam offerre, id que non paulatim, nam magis hoc pacto incendit, ue rum uniuerſim ut flãmam extinguat, in quibus autẽ ardor interiora occupat, ſumma uero in algeſcunt, cutis in ſuperficie frigida percipitur, precordia cõ tenduntur, uenter ſyntexim patitur, aut uomitu, aut infra reiectiones fiunt, uigiliæ urgent, mens deſipit. lingua eſt aſpera, hi calefacientia requirunt reme dia, ut calor per totum corpus diſtrahatur, ac ſi alio

nopiam modo ab internis foras poterit elici. iam uero et hæc potio utiliter præsumitur, Aloes partes duæ, guttæ ammoniaci partes duæ, myrrhæ pars una hæc in uino odorato contrito instar dimidij cyathi exhibentur, nimirũ cottidie. haud noui inquit rufus qui post hunc potum pestem nõ superauerit. Galenus autem tradit ad pestilentiales putredines bolum armeniacũ salubriter potari, simili felicitate etiam theriacen ex uiperis magnam prodesse. etenim in pestilentia quæ Romam internecino morbi genere depopulata est omnes quos nullum ex his medicamẽtis adiuuit interisse scriptũ reliquit. ex Paulo Aegineta. Corpore uacuato mox medicamentum aliquod alexiterium, & quod uenenis aduersatur exhibendũ, ut nimirũ uenenũ attrahãt atq; a corde reuocẽt, hæc .n. Galeno li. v. de simp. med. fac. cap. 17. autore, eorundem est actio. inter complura uero alia laudatur unice id quod hodie Electuarium de ouo dicitur, quo olim Maximilianus Imperator optimus, & prudentißimus usus est. hoc cur omnibus fere alijs præferã, facit mirabilis eius effectus quẽ sæpe in multis ægrotantibus ostendit. datur autem ijs qui prouectioris sunt ætatis pondere drachmæ unius, iunioribus interdum scrupuli duo sufficiunt. diluitur autem stillatitio liquore rosarũ, aut intubi, aut scabiosæ. Eius etiã usus est in præseruando si cottidie ex eo sumatur põdus grani unius aut duorum hordeaceorum, aut pisi magnitudine. confert etiam multum hæc potio, quæ habet. Theriaces andromachi scru. ij. Antidoti Mi=

trhidatij scrup. 1. boli Armeniæ scrup. 5. liquorum stillatitiorum rosarũ, scabiosæ, buglossi, ana. unc. 1. prodest etiam hic puluis qui accipit, foliorum Di=ptamni, radicis Eptaphylli, radicis pimpinellæ, ze=doariæ, gentianæ, radicis betonicæ altilis, ana. unc. 5. boli armeniæ præparatæ unc. 1. terræ lemniæ dra. iij. aloes iecorariæ, mirrhæ, utriusq; unc. 5. croci dr. 1. Masticbes dra. ij. terantur omnia subtilissime, & fiat puluis. de quo ægrotanti detur pondus. dr. unius in stillatitio liquore rosarum, aut oxalidis. sumpto igitur aliquo prædictorum medicamentorum, æger in lectum calidum, stragulis probe munitum, ut ibi quatuor, aut quinq;, aut pluribus horis pro uirium ratione sudet, reclinetur. q̃ si uero ægre admodũ su=det pedibus eius lateres calidi, quo illorum calore su dorẽ elicias subijciendi. toto uero hoc tempore quo ægro sudandum erit unice cauebimus ne dormiat, edat, aut bibat. a sudore linteis purissimis sudor ab=stergendus. dein e lecto si lubet, aut potest, æger sur=gat, aeremq; extraneum uitet. a sudore duabus, aut tribus elapsis horis pro uirtutis ratione iusculum ga linaceum edat æger, idq; fiat sæpius. nam cõfert qui dem sæpe comedere, at parum ad modum, & qui hac ratione cibantur cæteris citius conualescunt. carni=bus etiam subinde pullorum gallinaceorum, cũ oxa lide, aut limonum succo, aut omphacio coctis uti li=cebit. æger quoq; omnino primo die a somno arcen=dus. in uehementiori siti utatur hac potione quæ ac=cipit, zulapij uiolacei unc. iij. serapij ex acido citri

ſucco unc. 1. 5. ſerapij de intubo ſatiuo unc. ij. decocti oxalidis, ſcabioſæ, & florum bugloßi, unc. x. miſce & fiat potio. Exhibenda quoq; ſunt medicamenta, potißimum ubi uires inualidæ fuerint, quæ cor, aliaſq; partes in corpore principatum habentes roborant, & confortant, quale eſt quod habet, ſacchari uiolacei, roſacei, bugloſſacei, ana. unc. 1. 5. boli armeniæ præparatæ dr. 1. coralliorum rubeorũ ſcrup. 1. corticum mali citrij dr. 1. 5. caphuræ. ſcrup. 5. cũ ſerapio de acido citrij ſucco quod ſatis eſt fiat Antidotus liquida. Cordis etiam regioni, maxime ubi circa thoracem adhuc ſubeſſe æſtum ſenſerit æger, epithema hoc imponendum quod habet, liquoris ſtillatitij roſarũ, bugloßi, oxalidis, ana. unc. iiij. ſpecierũ antidoti, e gemmis dr. 1. ligni aloes, ſandalorum purpureorum, corticum mali citrij in puluerem redactorum, oßis cordis ceruini ana. ſcrup. 5. croci. gr. yi. commiſtis omnibus fiat epithema. Cæterum unice ſtudendum, ut humores uenenati ad locum ubi bubones emerſerunt, trahantur appoſitis Cucurbitulis magnis, aut medicamentis alijs trahendi uim obtinẽtibus quale eſt quod habet. Ficuũ nu. vi. paſſullarum unc. 5. ſalis foßilis dr. ij. mellis. dr. 1. cum oleo Chamæmelino ad emplaſtri formam reducantur, quod calefactum buboni imponatur, Aut eiuſmodi, quod ita conficitur. Accipe, e cœpis quæ maxima eſt, ac capite eius amputato, perforato totam, & theriaca Andromachi imple, additis ſuccis rutæ uel ſaluiæ. quo pacto foramẽ, quod in capite eſt cœpæ luto ob=

turetur, & cepa igni admota torreatur, ubi satis tosta uidebitur, cortices eius auferantur, & subinde in mortario contundatur, donec emplastri consistētiā habere uideatur, & buboni imponatur. ualet etiam hoc, quod accipit farinæ fænogræci, seminis lini, florū chamæmeli, ana. unc. 5. radicis Altheæ, liliorū alborū, ana. dr. 5. ficus nu. vi. foliorū diptāni. dr. iij. radicis phu. dr. ij. seminis synapi. dr. 1. 5. fimi columbini. unc. 5. oleorū liliacei, et chamæmelini ana. un. 1. 5. reducātur ad emplastri, aut pultis cōsistentiā. hoc ipsum etiā ad suppuratione cōducit. Laudatur et hoc quod habet emplastri Diachylō simp. unc. ij. ammoniaci galbani, ana. unc. 1. contusis oībus ad emplastri consistentiā reducantur, Porro si bubo sua sponte nō rumpatur, imponendus subinde fimus anserinus dissolutus ī oleo uulgari, aut chamæmelino ex fuchsio.

Appendix. i.

EXhibent nonnulli succū herbæ quam chalendulā uocant, statim a principio calidū usq; ad unc. iiij. mox. ægrū cooperiunt, ut sudet. deinde laborātē reficiuut, asserūtq; hoc medicamine curari peste correptos. alij eodem modo propinãt succum uerbenæ. alij uero succum scabiosæ.

Appendix. 2.

QVidam unica facta euacuatione calida electuaria porrigunt, præcipue uero theriacam, uel mithridatū dr. c. 1. tempore frigido: calido autem cū serapio de acetositate citri, ul' saccharo ros. inoleuit usus apud italos pulueris eptaphylli (tormentillam

uocant) in umbra exiccati, datur drac. 1. cum serapio de acetositate citri cottidie.

Appendix. 3.

ACcipe Radicũ eptaphylli. M. ij. diptami albi ut uocãt. M. 1. uerbenæ. M. 1. 5. scabiosæ. M. ij. calendulæ. M. 1. 5. Baccarũ lauri. M. 1. terræ sigillatæ, Boli armeni, ana. M. ij. Rosarũ, M. 1. 5. Macis. M. 1. hæc oia aceto aspergãtur, dimittanturq; integrã noctẽ, postea destillentur p alembicum, dentur cottidie mane unc. iiij. cum unc. 1. 5. serapij de acet. citr. uel de ribes. a multis hæc aqua comendatur.

Appendix. 4.

ACcipe Boli armeni unc. ij. cinãmomi unc. 5. radicũ epeaphylli diptami albi, sanda. rub. ana. dr. ij. 5. r. scobis eburneæ dr. 1. 5. spodij, Antheræ ana. scrup. ij. corticũ citri, Margaritarum ana. dr. 1. smaragdi, iacinthi, rubini, saphiri, ana. scrup. 1. succini, unicornu ana. scrup. 5. oßis de corde cerui. dra. 1. scobis aureæ, & argenteæ ana. scrup. 1. detur dr. 1. cottidie mane cũ serapio de acetositate citri & aqua acetosæ. Hæc omnia ex Sauonarola. FINIS

REGESTRVM

✠ A B C D E F G H I K L M N O P

Omnes sunt quaterni præter ✠ duernum

Venetijs Impressum per Nicholaum Bascarinũ. Anno domini. 1550. mense Maij.